CENSVRA IN ARRESTVM PARLAMENTALE CVRIAE CRIMINALIS PARISIENSIS

Pronunciatum die xxix. Decembris. an. 1594. contra Ioannem Castellum, & RR. Patres Societatis IESV.

Francisco Penia Auctore.



ROMAE, apud Nicolaum Mutium. M.D.XCV.
SVPERIORVM PERMISSV.

INDEX CAPITVM HVIVS CENSVRAE.



CAP. IIII.


CAP. V.

CAP. VI.

CAP. VII.


CAP.

FINIS.



CENSVRA IN ARRESTVM PARLAMENTALE CVRIAE CRIMINALIS PARISIENSIS

Pronunciatum die xxix. Decembris. an. 1594. contra Ioannem Castellum, & RR. Patres Societatis IESV.



Compendiaria totius Arresti sententia. Cap. I.

IOANNES Castellus Iuuenis Parisiensis ex honesto parente Mercatore natus die xxvj. Decemb. an. 1594. Henricū Borbonium aggressus, cultro eum interficere nititur, sed mox cōprehensus carceri destinatur, interrogatur, torquetur, & confessus factum, pronunciatur pro-

pter duas hæreticales propositiones assertas, & parricidiũ in personam Regis attẽtatum, commisisse crimen læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ in primo capite; & propter vtrumq; præcipitur satisfacere, ita vt primum confiteretur se per falsas, & damnabiles instructiones asseruisse duas propositiones, quas iussus est detestari & abiurare: Prima erat hæc: permissum esse interficere Reges: Altera erat: Henricum Quartũ qui nunc regnat, nõ esse in Ecclesia, donec esset à Romano Põtifice approbatus. Mox pro crimine læsæ maiestatis satisfacturus, Primum ignitis forcipibus ad brachia, & crura admotis laceratur, postea quatuor equis alligatus eisdemq; in diuersa incitatis, membratim discerpitur, inde comburitur, & cineres in aerem iactantur.

His absolutis Parlamentum sub interminatione criminis læsæ maiestatis, prohibet ne quisquam eas propositiones publicè, vel occultè proferre audeat, quas declarauit scandalosas, seditiosas, verbo Dei contrarias, & per sacros canones tanquam hæreticas condemnatas.

Quia verò Ioannes Castellus in Collegio Claramontense literis operam dederat, & Patres societatis I E S V tanquã magistros agnoscebat, & venerabatur, addidit Parlamentum,

vt

vt omnes presbyteri, & ſcholares Collegij Claràmontenſis, & omnes alij eiuſdem religionis vbiq; commorãtes tanquàm iuuentutis corruptores,& publicæ quietis perturbatores,& Regis inimici, infra triduũ à die publicationis illius Arreſti numerandum, e Ciuitate Lutetia, ac infra Quindecim alios à toto Regno recederent; quibus elapſis, qui reperti forent in Regno commorari tanquam læſæ maieſtatis rei punirentur.

Hæc ſunt præcipua eius Arreſti capita, quæ quo grauior eſt cauſa, de qua in eis agitur, eo ſunt diligentius perpendenda & examinanda, omiſſis vero articulis profanis, de eccleſiaſticis tantum diſſerendum eſt.

Parlamentum nec debuisse, nec potuisse aliquid attentare super facto concernente Diuinam Maiestatem. Cap. II.



OVO & insolito exemplo in messem alienã misit manũ sæculare iudicum Parlãmentum; & canones Romanæ Ecclesiæ aperte cõtẽpsit. Quamquam enim Castellus, aut de hæresi supectus, aut manifeste hæreticus fuisset, non potuit super eo articulo Magistratus sæcularis cognoscere; cui nominatim à iure interdictum est, ne de crimine hęresis directe vel indirecte cognoscat. Sic enim habet Ecclesiæ Rom. cõstitutio, quã Principes & Magistratus sæculares vere catholici, inuilolabiliter obseruant: *Prohibemus quoq; districtius Potestatibus, Dominis tẽporalibus, & Rectoribus, eorumdemq. Officialibus, ne ipsi de hoc crimine, cum mere sit Ecclesiasticũ, quoquomodo cognoscant vel iudicent.* [*Cap. vt Inquisitionis. §. prohibemus. vbi communiter canonistæ. De hæreticis lib. 6. Conradus, Brunns, lib. 4. de hæret. cap. 14.*]

Quæ

Quæ ſententia adeo vera eſt, vt Iudices ſæculares poſtquã ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, vel Epiſcopis locorũ, traditos ſibi hæreticos puniendos recipiunt, teneantur illorum ſententias executioni mandare, abſq; vlla proceſſuum in iudicio Eccleſiaſtico agitatorum requiſione. Quanquam enim ſuperioribus ſæculis, quando non vigebant hæreſes, Bartolus, Fulgoſius, Paulus de Caſtro, & alij quidam iuris Ciuilis interpretes ſine malitia, aliud ſenſerint, Canoniſtę tamen magis canonice cõtrariũ cenſuerũt, quorũ ſentẽtia aperta Eccleſiæ ſanctione munita eſt. [*Bartolus, Fulgoſius, Paulus Caſtrẽſis, & alij in l. Magiſtratibus. ff. de iurisdict. omnium Iudic. canoniſtæ in cap. vt Inquiſitionis. §. prohibemus. De hæreti. lib. 6. Abbas, & Ancharanus, in cap. At ſi clerici. de Iudic. Idem Ancharanus in cap. Ea quæ. queſt. 9. de regul. iuris. lib. 6. Ioannes de Imola in cap. 1. de offic. ordinar. Iaſon, & alij in dicta. l. Magiſtratibus. ff. de iurisdict. omnium Iudic.*]

Eamq; ſententiam ad tollendum ſuperiorẽ iuriſconſultorum errorem definierunt pręter Bonifacium Octauum, Alexander Quartus, & Innocentius Octauus; certum & præfinitum tempus præſcribẽtes magiſtratibus ſæcularibus, infra cuius metas Iudicum Eccleſiaſticorum ſententias contra hæreticos latas exequi deberent.

 [*Ale-*

[*Alexander iiij. constitutione incip.* ad audientiam. *Innocentius Octauus constitutione incip.* Dilectus filius. *Bonifacius Octauus in cap. vt Inquisitionis. §. probibemus de hæreticis. lib. 6.*]

Si Parlamentum, hæreticum aut suspectum de hæresi putabat fuisse Castellum, debuerat iuxta canonicas sanctiones, suspensa tantisper aliorum criminum cognitione, illum inquisitori, aut eo deficiente (neq; enim adest nunc Inquisitor Lutetiæ cōtra hæreticos) Episcopo Parisiensi denuntiare, qui habita primum quæstione de prætenso læsæ maiestatis diuinæ crimine, reumq; si opus esset, hęreticas vel suspectas propositiones abiurare coactum, permitteret deinde iudicio Parlamenti pro alijs delictis iudicandum, & puniendum. Hoc enim censendarum propositionum hæreticalium munus, & hæreticos iudicandi, Episcoporum, & Inquisitorum proprium est, nec vllo pacto pertinet ad iudicium sæculare. [*Cap. ad abolendam. de hæretic. cap. vt Inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. Pius V, ordinatione incip.* Sanctissimus Dñs. *Conradus Brunus lib. 4. de hæret. cap.* 14.]

Quod si quis in gratiam Parlamenti dixerit, iudices non diffiniuisse hæreticas esse illas propositiones, quas Castellus protulerat, sed denunciasse solum hæreticas quidem fore censendas,

cum


cum iam Ecclesiæ iudicio tamquam hæreticales damnatæ videantur, & præsertim prima propositio de interficiendis tyrannis, quam Constantiense Concilium hæreticam iudicauit, vt paulo post dicetur, si quis inquam ita dixerit, miserrime quidem errabit; cum neq; iudicium declarationis ad Parlamentum pertineat, id enim negotium (vt Lucius & Bonifacius cēsuerunt,) Ecclesiasticorum est, non laicorum, qui neq; directè neq; indirectè de causis fidei cognoscere possūt, aut iudicare. [*Lucius tertius in cap. ad abolendam de hæret. Bonifacius Octauus in cap. vt Inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. Conradus, Brunus, lib. 4. de hæret. cap. 14.*]

Iudicum enim sæcularium potestas & officiū in causa hæresis quemadmodum & in ceteris criminibus Ecclesiasticis, in exequendo versatur, non in iudicando. Magistratus sæcularis hæreticos damnare non potest, sed contra damnatos à iudicibus Ecclesiasticis pœnam iuris exequi debet. [*Cap. ad abolendam. de hæret. cap. vt Inquisitionis. §. vtq; de hæresi. & vtrobiq; Canonistæ eod. tit. lib. 6.*]

Atq; hæc breuiter de vsurpato per Parlamentum iudicio in crimine læsæ maiestatis diuinæ; quod neq; iure potuit, neq; sibi licuit vsurpare; nunc de propositionum qualitate videamus.

Censura in primam propositionē à Castello prolatā iuxta Parlamenti sensum, cui videtur fauere quædam sacrarum literarū testimonia, & Concilij Constantiensis diffinitio.

Cap. III.



RIMAM Castelli propositionem hāc fuisse recenset Arrestum: *Estre permis de tuer les Roys*: idest, *esse permissum interficere Reges.* Eandem Parlamentum declarauit scandalosam, seditiosam, contrariam verbo Dei, & per sacros Canones tanquam hæreticam condemnatam.

Ac primum scandalosam esse, & seditiosam, tum ratio naturalis, tum bene ordinatus reipublicæ status ostendunt: cum omnia tumultibus permiscerentur, & nemo tutus viuere, aut pacificè sua retinere posset, si cuilibet interficere Reges, libere permitteretur.

Rursus diuinis iussionibus frequenter iubemur Regibus & Principibus obedire, & eisdem debitum honorem deferre. Pauli sententia clara

ra extat in hæc verba: *Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt à Deo, ordinatæ ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* [*S. Paulus ad Romanos. cap.* 13.]

Idem ad Titum ſcribit ita: *Admone illos Principibus, & Poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.* [*S. Paulus ad Titum. cap.* 3.] Idem ſcribens ad Timotheum, quanti pendat cauſam imo ſalutem Regis, demõſtrat ita ſcribendo: *Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro Regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt, vt quietam, & tranquillã vitã agamus in omni pietate, & caſtitate. hoc enim bonum eſt & acceptum corã ſaluatore noſtro Deo,* Hæc ibi. [*S. Paulus. 1. ad Timoth. cap. 2.*]

Petrus quoque Apoſtolorũ Princeps & Chriſti Vicarius, idem argumentum paulo fuſius proſequitur dicens: *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſiue* Regi *quaſi præcellenti: ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vin-*

dictã malefactorum, laudẽ vero bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiã omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate. [*S. Petrus Epist.* 1. *cap.* 2.]

Cum Dominus, & Saluator noster Christus, iubet quæ sunt Cæsaris Cæsari reddi, & quæ sunt Dei, Deo, obsequium Regiæ potestati impendi debere docet.

Quod si Hieremias propheta pro vita idololatræ Regis Nabuchodonosor orare admonet, quãto magis pro salute Christianorum Regum, ab omnibus ordinibus est humiliter suplicandum? aut quanto maiorem honorem eis exhibere oportebit? [*Hieremiæ cap.* 29.]

Eandem sententiam & diuinum præceptum de obedientia Regibus exhibenda honoreque deferendo, sacri Canones sæpe commendant, Concilia Ecclesiæ probatã imperant, & Sancti Patres reuerenter adimplendum docent, in quibus sunt Patres Concilij Parisiensis sub Ludouico & Lothario. [*Lib.* 2. *cap.* 8.]

Quinimo Conciliũ Constantiense propositionem asserentem nõ modo Reges, verũetiam tyrannos posse impune interfici, tanquam hæreticam

cam condemnauit, facilius ſcilicet damnaturum aſſertionem à Caſtello prolatam, qui non de tyrannis, qui valde reipublicæ ſolent eſſe pernicioſi; ſed Regibus interficiendis locutus fuiſſe dicitur. Patres enim Concilij Conſtantienſis his verbis cenſuerunt.

Condemnatio illius propoſitionis: Quilibet Tyrannus, &c.

PRÆCIPVA ſolicitudine volens hæc ſacroſancta Synodus ad extirpationem errorum & hæreſum in diuerſis mundi partibus inualeſcentium prouidere, ſicut tenetur, & ad hoc collecta eſt: nuper accepit, quod nonnullæ aſſertiones erroneæ in fide & bonis moribus, ac multipliciter ſcandaloſæ, totiuſque reipublicæ ſtatum & ordinem ſubuertere molientes, dogmatizatæ ſunt, inter quas hæc aſſertio delata eſt: Quilibet tyrannus poteſt & debet licite, & meritorie occidi, per quemcumquè vaſallum ſuum & ſubditum, etiam per clanculares inſidias: & ſubtiles blanditias vel adulationes, non obſtante quocumq; præſtito iuramento,

ſeu

dictā malefactorum, laudē vero bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiā. omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate. [*S. Petrus Epist.* 1. *cap.* 2.]

Cum Dominus, & Saluator noster Christus, iubet quæ sunt Cæsaris Cæsari reddi, & quæ sunt Dei, Deo, obsequium Regiæ potestati impendi debere docet.

Quod si Hieremias propheta pro vita idololatræ Regis Nabuchodonosor orare admonet, quāto magis pro salute Christianorum Regum, ab omnibus ordinibus est humiliter supplicandum? aut quanto maiorem honorem eis exhibere oportebit? [*Hieremiæ cap.* 29.]

Eandem sententiam & diuinum præceptum de obedientia Regibus exhibenda honoreque deferendo, sacri Canones sæpe commendant, Concilia Ecclesiæ probatā imperant, & Sancti Patres reuerenter adimplendum docent, in quibus sunt Patres Concilij Parisiensis sub Ludouico & Lothario. [*Lib.* 2. *cap.* 8.]

Quinimo Conciliū Constantiense propositionem asserentem nō modo Reges, verūetiam tyrannos posse impune interfici, tanquam hæreti-

cam condemnauit, facilius scilicet damnaturum assertionem à Castello prolatam, qui non de tyrannis, qui valde reipublicæ solent esse perniciosi; sed Regibus interficiendis locutus fuisse dicitur. Patres enim Concilij Constantiensis his verbis censuerunt.

Condemnatio illius propositionis: Quilibet Tyrannus, &c.

PRÆCIPUA solicitudine volens hæc sacrosancta Synodus ad extirpationem errorum & hæresum in diuersis mundi partibus inualescentium prouidere, sicut tenetur, & ad hoc collecta est: nuper accepit, quod nonnullæ assertiones erroneæ in fide & bonis moribus, ac multipliciter scandalosæ, totiusque reipublicæ statum & ordinem subuertere molientes, dogmatizatæ sunt, inter quas hæc assertio delata est: Quilibet tyrannus potest & debet licite, & meritorie occidi, per quemcumquè vasallum suum & subditum, etiam per clanculares insidias: & subtiles blanditias vel adulationes, non obstante quocumq; præstito iuramento, seu

seu confederatione factis cum eo, non expectata sentẽtia vel mandato iudicis cuiuscumq;. Aduersus hunc errorem satagens hæc sancta synodus insurgere, & ipsum funditus tollere, præhabita deliberatione matura, declarat, decernit, & diffinit, huiusmodi doctrinam erroneam esse in fide & in moribus: ipsamq; tanquam hæreticam, scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones, periuria vias dantem, reprobat & cõdemnat. Declarat insuper, decernit, & diffinit, quod pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes, sunt hæretici, & tanquam tales iuxta Canonicas sanctiones puniendi. Hactenus ibi. [*Concilium Constantiense sess. XV. non procul à fine. pag. 846. tomo. 3. Conciliorum. ex Coloniensi editione anno M.D.LXVII.*]

Ex his videtur iure inferri posse primam propositionem à Castello prolatam, iusta censura fuisse à Parlamento notatam.

Vera

Vera & Catholica censura in eandem primam propositionem secundum sententiam proferentis. Cap. IIII.



N PRIMIS obseruandum est, Castellum non simpliciter & indistincte sicut Arrestum recitauit, eam assertionem protulisse, sed adiunxisse qualitates, quibus assertio vera & catholica sit cēsenda, nempe se interficere decreuisse Nauarrum tanquam tyrannum, & hypocritam, & religionis catholicæ euersorem; sic enim fuisse locutum multorum literis & fideli relatione nunciatum est. Qua in re nihil Christiano viro indignum fecisse, aut affirmasse censendus est, cum Henricum Borbonium, sedes Apostolica hæreticū, impęnitentem, & relapsum, Diuinæ Maiestatis reū, & orthodoxæ fidei Christianæ hostē, & ob id omni dignitate & Regni Franciæ successione indignum priuatumq; pronunciauerit.

Rursus illud animaduertendum, eundē Borbonium neq; à Romano Pontifice habilitatum, & absolutum, neq; more maiorum inauguratū, Regnum inuadere, a cuius successione legitima;

omni

omni iure, ciuili & Pontificio, & lege fundamentali eiusdem Regni Franciæ, tanquam hæreticus manifestus fuerat prohibitus, & omni Regia, & qualibet alia dignitate priuatus; eumque propterea quod Regnum nõ suum inuadit, & populos ad se minime pertinentes sibi obedire compellit, non dubium, sed vere ac proprie esse tyrannum, in prima tyrannorum specie constitutum, quos iura etiam naturalia tanquam inuisos omnibus & execrabiles detestantur; [*Aristoteles lib. 4. politicor. cap. x. vers.* Tertia species tyrannidis. *S. Thomas. 2. 2. quest. 64. art. 2. & 3. & opusculo xx. de Regimine Principum. lib. 1. cap. 6. & lib. 2. sentent. distinct. 44. quest. 2. art. 2. ad vlt. argumentum.*

De duplici Tyrannorum genere.

QVod vt exploratius intelligatur, omissa nunc illa Borbonij obscæna hæresis macula, quam ex fætidissimo Caluinistarum cæno contraxit, de qua paulo post differemus; scire oportet, duo esse Principum tyrannorũ genera: quidã sunt tyranni secundũ substantiã, videlicet titulo & inuasione, qui vi & potentia principatum sibi nullo iure debitum inuadunt, & vsurpant, & conciues æquales sibi obedire contra le-

ges patrias compellunt, quales olim Syracusis Dionysius, Athenis Pisistratus, & Romæ Iulius Cæsar fuisse memorātur: qui propterea maximi & crudelissimi tyranni censentur, quia contra mores Patriæ, & plurimorum voluntatem, vel fraudibus, vel vi & impressione bellica, Imperium, aut Regnum adepti sunt; & (vt prudenter scripsit Aristoteles) per tyrannidem Monarchicam, quæ nullis subiacet legibus, dominantur per vim æqualibus & melioribus, non ad vtilitatem subditorum, sed ad propria commoda respicientes. [*Aristoteles lib. 4. Politicor. cap. x. S. Thomas Opusculo xx. de Regimine Principum lib. 1. cap. 6. & eius interpretes. 2. 2. quest. 64. art. 3. vbi egregie Caietanus.*]

Alij sunt tyranni quo ad modum, sola nempe gubernatione tyranni, qui cum vel moribus patrijs, vel legitima populi electione, aut hæreditaria successione, aliouè iusto titulo regnum sint ingressi, postea vel ab adulatoribus & pessimis consiliarijs deprauati, vel propria malitia à recta virtutis via, in vitia deflectentes, à Regio Dominatu in tyrannidem degenerant, & paulatim Reges esse desinentes, tyranni efficiuntur. [*Aristoteles lib. 8. moralium cap. x. Interpretes. S. Thomæ. 2. 2. quæst. 64. art. 3. & ibi inprimis Caietanus.*]

Hac tyrannorum differentia constituta, non est

eſt admodum difficile pronunciare, an & quomodo eos interficere liceat; nam de primis tyrannis, qui patriam repugnantem & contradicentem ſuo Imperio obtemperare compellunt, inter doctores nõ eſt controuerſia, quin à priuato quolibet licite poſſint interfici: cũ enim eiuſmodi tyranni nulla iniuria laceſſiti, Regnum inuadant, & ciues naturali & ciuili iure ſibi æquales, ad ſuam obedientiam cogant, & eorum bona ad ſuam vtilitatem & vſum, ipſis inuitis, conuertenda auferant, & more latronum graſſentur, qui pecunias viatoribus eripiunt, & eadem lege, qua Pyratæ vtantur, qui naues infirmiores aggrediuntur, & vectores ſpoliatos remigum loco ſibi ſeruire compellunt, inde mox conſequitur, vt iure optimo, à priuato quolibet ciue necari poſſint: non eſt enim quæſtio, quin iſti latrones & pyratæ ab illis, quos inuadunt iure poſſint interimi. Imo tanto æquius & iuſtius interficiuntur, quanto huiuſmodi tyranni grauiora damna inferunt pluribus, toti videlicet Regno, quàm publici viarum graſſatores & piratæ, qui paucioribus nocere conſueuerunt.

Et hæc ſententia tunc potiſſimum locum habet, quando non eſt facilis recurſus ad ſuperiorem, qui huiuſmodi tyrannorum conatum reprimat & impediat; tunc enim quilibet priuatus

tan-

tanquam suæ republicæ defensor, potest tyrannum trucidare: cum iure naturæ vnicuiq; concedatur ius repellendi vim, quam patitur sua respublica: qua vim patiente, eãdem ipse vim tanquam reipublicæ membrum patiatur. Item quia quilibet priuatus ius habet ad suã rempublicam defendendam bello defensiuo iusto, contra inuadẽtem illam, bello offensiuo iniquo, siue apertò siue per fraudes occulto.

Nec est dubium quin tyranni de quibus agimus, bellum iniquum & offensiuum inferãt Regnis, quæ sibi non debita occupare conantur. [*S. Thomæ interpretes. 2. 2. quest. 64. art. 3. Paris de puteo tract. de syndicatu. de excessibus Regum cap. 3. Sotus lib. 5. de iustitia & iure. quest. 1. art. 3. vers.* si vero tyrannide.]

Illud præterea obseruatione dignũ est, quod de hac facti specie differens S. Thomas addit, nempe laudari & præmium accipere eum, qui ad patriam liberandam occidit tyrannum, qui per violentiam surripit dominium nolẽtibus, aut etiam ad consensum coactis. [*S. Thomas lib. 2. sent. dist. 44. q. 2. art. 2. ad vltimum argumentum.*

Et de his plane tyrannis maiori ex parte accipienda sunt, quæ Philosophi de illis interficiendis, literarum monumentis commendarunt, tyrannorum interfectores non reprehendentes,

ſed magnis laudibus celebrãtes, ſapienter enim Cicero præ ceteris videtur pronuntiaſſe, nullam eſſe nobis ſocietatem cum tyrannis, ſed potius ſummam diſtractionem: neque eſſe contra naturam ſpoliare tyrannum, quem honeſtum eſt, necare. Atque hoc omne genus peſtiferum ex hominum communitate exterminandum eſſe. *Et enim vt membra*, inquit Cicero, *quædam amputantur, ſi & ipſa ſanguine, & tanquam ſpiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis: ſic iſta in figura hominis feritas & immanitas belluæ, à communi tanquam humanitate corporis ſegreganda eſt. Hactenus Cicero.* [*Lib. 3. de officijs.*]

De ſecundo genere Tyrannorum.

DE ſecundo tyrannorum genere maior eſt dubitatio: nam ſi cuilibet ſubdito liceret eiuſmodi tyrãnos necare, magna iuſtitiæ perturbatio ſequeretur: tumultibus aperiretur aditus: reipublicæ ſtatus facile peruerteretur, neque vlla poſſet inter ciues eſſe tranquillitas, nulla tuta fides, nulla pax, nulla ſtabilis aut firma concordia.

Et propterea cum in quæſtionem reuocatur,

An hos tyrannos occidere liceat, hæc distinctio adhiberi solet, vt antequam Princeps quispiam à legitimo iudice, legitime damnatus sit, quamuis tyrannidem in subditos exerceat, patienter magis ferendus sit, quam cæde vindicandus; tunc enim nullo pacto eum interficere licet, talis namq. quãuis tyrannice dominando iura Regis transgrediatur, donec à Iudice legitimo exauctoretur, semper remanet Rex : & propterea hæreticum erit asserere, hunc tyrannum interficere licere: contraria enim assertio catholica plane est, & de fide tenenda, vt probãt rationes ab Alfonso commemoratæ, [*Alfonsus Castrus lib. 14. aduersus hæreses in verbo* Tyrannus.]


Idem vero Rex si propter demerita & excessus tyrannicos damnatus fuerit, & regia dignitate Regnoque, priuatus, & post condemnationem de facto Regnum retineat, aut semel expulsus, iterum occupare nitatur, tanquam hostis publicus, qui ad perdendam patriam, & ciues oppressurus venerit, necari à Ciuibus poterit: quilibet enim tunc tanquam Iustitiæ & Principis supremi, qui tyrannum exauctorauit, minister, ius necis habet in illum. [*Ioannes Gerson par. 1. tract. 13. tit. de aßertionibus Ioannis Parui.*]

Et iuxta has distinctiones cõciliandi sunt doctores articulum hunc de interficiendis, aut nõ

interficiendis tyrannis tractantes, ex quibus quidam iuste interficiendos putant, alij nequaquam interficiendos censent, quidam autem an Reipublicæ expediat, dubitant. [*S. Thomas, & inibi eius interpretes. 2. 2. quest. 64. art. 3. idem opusculo. xx. lib. 1. cap. 6. Conradus Brunus. lib. 6. de seditiosis cap. 3. Alfonsus Castrus. lib. 14. aduersus hæreses. in verbo.* Subditus. *& in verbo.* Tyrannus. *Restaurus Castaldus. tract. de Imperatore. quest. 82. Hieronimus Gigas. tract. de crimine læsæ maiestatis. lib. 1. quest. 65. Dominicus Sotus. lib. 5. de iustitia. & iure. quest. 1. art. 3.*]

Hæc omnia ex his, quæ rursus paulo fusius explicabuntur, maiorem lucem accipient.

Quæ sit sententia diuinarum scripturarum, & Concilij Constantiensis supra cap. iij. inductorum pro Parlamento, vnde apparet eiusdem Parlamenti impostura. Cap. V.



IVINA testimonia Cap. 3. relata, quibus subditi Regibus & Principibus obedientiam exhibere iubentur, non habent locum in tyrãnis, qui nunquam veri Reges, aut

Prin-

Principes extiterunt; nam Regum & Principum appellatione, vere non intelliguntur tyranni. [*Glos. communiter recepta in Clement.* 1. *in verbo*. Regum. *de baptism. & eius effect. Hieronymus Gigas tract. de crimine læsæ maiestatis. lib.* 1. *quest.* 65.]

Imo vero Principes tyranni nullam maiestatem habere dicuntur; & propterea qui contra eos armantur, aut seditionem machinantur, nec censentur læsæ maiestatis crimen committere, nec pœnis id crimen perpetrantium iure coerceri possunt. [*Alexander consil.* 13. *incip.* Consideratis. *lib.* 6. *Gigas. eod. tract. quest.* 65. *Siluester verbo*, Seditio. *quæst.* 4.]

Sed neque intelliguntur de tyrannis secundi generis, isti enim postquam iusto vel Reipublicæ, vel Principis superioris decreto, tyranni, aut rebelles, aut Reipublicæ, vel quod grauius est, Ecclesiæ hostes pronunciati sunt, veri Reges & Principes esse desinunt, & propterea à quolibet priuato ciue tanquam publico iustitiæ ministro, obtruncari possunt. Quod vt mox explicabitur, non videtur diuinis exemplis contrarium.

Cum autem S. Petrus iubet, seruos subditos esse debere dominis in omni timore, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis, non imperat obedire Principibus vere tyrannis, sed ijs, qui licet à recta gubernãdi ratione declinaue



rint, nondum tamen veri tyranni euaserunt: Reges enim legitime ab initio constituti, propter vnum, aut alterum iniustitiæ actum, non efficiũtur protinus tyranni: isti namq. quãuis iniusti, vel discoli Principes dici possint, tyranni tamen dici non poterunt, nec iuste propterea eis obedientiæ debitum denegabitur. [*S. Petrus. epist. 1. cap. 2. Sotus lib. 5. de iustitia & iure. quæst. 1. art. 3. quod videtur esse ex sententia S. Thomæ 2. 2. quæst. 104. art. 6. & lib. 4. sent. distinct. 44. quæst. 2. art. 2.*]

Ac multo quidem minus præcepit hæreticis Principibus obedire, quos probe nouerat iuris dominandi esse incapaces: & notum est, subditos ab eorum dominio liberari. [*Cap. absolutos. de hæretic. S. Thomas 2. 2. quæst. 12. art. 2. Directorium Inquisitor. parte. 3. quest. 119. Alfonsus Castrus. lib. 2. cap. 7. de iusta hæreticor. punit.*]

Constat præterea perperam dictum à Parlamento, propositionem asserentem licere interficere Reges tyrannos esse hæreticam, & verbo Dei contrariam, cum diuina auctoritate, & permissum id, & laudatum videatur.

Aod enim Israelita, Dei auctoritate saluator populo datus, Eglon tyrannum Regem Moab, qui populum Dei XVIII. tyrannide oppresserat, ancipiti gladio, quem occulte sub sago deferebat, dum verbum secretũ ei se velle dice-

re ſimulat, obtruncauit. [*Iudicum. cap.* 3.]

Poſt mortem Aod Saluatoris Iſraelis, cum populus Dei malum feciſſet coram Domino, Iabin Rex Chanaan per XX. annos miſerrima tyrannide Iſraelitas coercuit, cumque Siſara militiæ Princeps, valido prælio contra Hebræos congrederetur, & victus tandem fugiens ad tentorium Iahel vxoris Haber perueneſſet: illa poſtquam tyrãnum lacte pauiſſet, & operuiſſet, paulo poſt abſcondite & cum ſilentio ingreſſa, ferreum clauum, quem de tabernaculo acceperat, ſupra tempus capitis illius poſuit, percuſſumq; malleo defixit in cerebrum vſque ad terram. Itaque Siſara ſoporem morti conſocians, defecit, & mortuus eſt. [*Iudicum. cap.* 4.]

Ad hunc modum de tyranno per fœminam reportata victoria, populus Dei lętitia perfuſus, laudes Domino cecinit, neque ſilentio egregiũ & memorabile Iahelis factum inuoluit, cum de illa in hæc verba diuinum extet eloquium:

Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo ſuo.

Aquam petenti lac dedit, & in Phiala Principum obtulit butyrum.

Siniſtram manum miſit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos, percuſſitq. Siſaram

quærens in capite vulneri locum, & tempus valide perforans. Hæc ibi. [*Iudicum. cap. 5.*]

Fœminam occulte tyrãnum iugulantem benedictam, non maledictam in sacris literis appellatam conspicimus.

Iudith Holofernem tyrannum interfectura, ieiunat, ad Deum preces ex intimo corde fundit, pauidum populũ in Dei misericordia spem ponere hortatur; Denique hominis Deo rebellis caput amputatura, robur à Deo,& fortitudinem sibi impartiri feruentissime precatur: neq; irritus factus est pius eius conatus, cum superbi hostis caput absciderit, & simul Bethuliam obsidione liberauerit. Neque est Catholicus quisquam, qui factum Iudith, quod sacra Scriptura placitum fuisse Deo narrat, & fœminæ sanctitatem nobis commendat, detestari, aut in dubium hactenus reuocare sit ausus. [*Iudit cap. 7. & 8. & multis seqq.*]

Concilij Constantiensis damnantis articulum asserentem licere interficere Tyrannum, qui fuerit sensus.

PAtres Concilij Constantiensis non loquuntur de primo tyrannorum genere, de quo non erat dubitatio, sed de secundo.

Quia

Quia verò periculoſum erat, cuiuslibet priuati arbitrio relinquere iudiciũ de internoſcẽdis, aut diiudicandis tyrannis, ideo legitimi Iudicis ſententiam poſtulauerunt, ac rectè propterea cenſuerunt errare illos in fide & moribus, qui exiſtimarent licitum eſſe interficere tyrannos, non expectata ſententia, vel mandato cuiuſcunque Iudicis. Ac iuxta hunc planè ſenſum intelligendum eſſe concilium, ipſa illius verba patentiſſime demoſtrant.

In cuius interpretatione negligẽs mihi fuiſſe videtur Alfonſus Caſtrus, qui cum neque de tyrannis diſtinxiſſet, neque tam clara Concilij verba conſideraſſet, indiſtinctè præter Concilij mentem, hæreticum articulum affirmauit. Illius tamen rationes non concludunt hæreticum eſſe aſſerere occidere tyrannum, niſi ſecundi generis, idque ante legitimi Iudicis ſententiam.

Vnde ineptum eſt ad omnes tyrannos Concilij decretum trahere ſicut iſtius Parlamenti Iudices contra à pertam Concilij ſententiam traxiſſe videntur. [*Concilium Conſtantienſe. ſeſſ. xv. in fine. ſotus lib. 5. de iuſtitia & iure. queſt. 1. artic. 3. Michael Salon. tract. de iuſtitia ad S. Thomã 2. 2. queſt. 64. art. 3. controuerſia. 1. Alfonſus Caſtrus lib. 14. aduerſus hæreſes in verbo,* Tyrannus.]

Quam-

Quamquam & aliam quoq; præter istã fuisse Concilij Constantiensis sententiam, exploratum est ijs, qui Vicleffitarum, & Hussitarum errores nouerunt. Cum enim (vt idem Concilium refert) Ioannes Vicleff, & Ioannes Huss pertinaciter sentirent, & assererent, nullum esse Dominum Ciuilem, nullumq. Prælatum, aut Episcopum, dum est in peccato mortali; ex hoc ruinoso fundamento deducebant tyrannũ esse eum Regem, eumq. Episcopum & Prælatum, qui Euangelij à se inuenti prædicationem impediret, in eo enim censebant illos mortaliter peccare, & ob id protinus tyrannos euadere. Quibus erroribus mox alium grauiorẽ addebant: nam cum ad hunc modum, quos volebant suo arbitratu tyrannos constituerent, ac effingerent, discipulos suos docebant simulare, dissimulare, mentiri, peierare, blandiri, adulari, modo tyrannos, idest, suæ doctrinæ resistentes è mundo tollerent & exterminarent: quam blasphemiam Concilium merito tanquam hęreticam condemnauit: quoniam grauiter errabant illi Heresiarchæ in constituendis seu diffiniendis tyrannis. [*Concilium Constantiense sess. 8. in erroribus Ioannis Vicleff. art. 15. & in erroribus Ioãnis Huss. art. 30.*

Causam huius erroris condemnandi Con-

cilio

cilio Constantiensi præbere etiam potuit Magister quidam Ioannes cognomine Paruus, ille enim (vt testatur Gerson) cōstanter asserebat, licitum esse vnicuique subdito absq; quocũq; præcepto vel mandato secundum leges, naturalem, moralem, & diuinam occidere, vel occidi facere quemlibet tyrannum, qui per cupiditatem, fraudem, sortilegium, vel malum ingenium machinatur contra salutem corporalẽ Regis sui, & superiorum omnium.

Quam assertionem tunc Episcopus Parisiensis tanquam erroneam in fide & moribus merito condemnauit: cum antequam licite tyrãnus interfici possit, constare debeat illum esse vere & publice tyrannum; *Constabit autem*, inquit, *Gerson notorietate iuris, vel facti, vt quia sententia lata sit contra illũ, vel nulla possit excusatione negari*. [*Ioãnes Gerson operum parte 1. tract. 13. tit. assertiones Magistri Ioannis Parui.*]

Omnes itaq; Doctores in hæc dogmata cōnsentire videntur: Primum, licere obtruncare tyrannos primi generis: præsertim cum nō patet recursus ad superiorem, qui tyrãnum compescat.

Alterum, non licere interficere tyrannos secundi generis antequam præcedat legitimi iu-


dicis

dicis ſententia ſeu declaratio, iuxta Concilij Conſtantienſis decretum.

Tertium, declaratione ſubſecuta,& ſententia lata, tyrannum de medio tollere, licebit.

Num autem magis expediat tolerare tyrannum, quam occidere, ne ex cæde eius deterior contingat euentus, paulo poſt explicabitur.

Henricum Borbonium vere eſſe Tyrannum. Cap. VI.


PVD Catholicos, quibus credendum eſt potius quam ſuſpe-ctis in fide Borboniſtis & Nauarriſtis, nec eſt, nec eſſe poteſt cõtrouerſia, quin Henricus Borbonius ſit vere tyrannus: nam ſi primam tyrannidis ſpeciem contemplemur, ille ſub illa comprehenditur: quia Regnũ Franciæ, à quo propter manifeſtam hæreſim excluſus eſt, per bellicam impreſſionem inuadit: quod ſi ſecundam ſpeciem tyrãnorum intueamur, ac concedamus Henrico, iure ſucceſſionis ſibi tãquam primo Regij ſanguinis Principi deberi Regnum, pronunciare quoque neceſſe eſt, eum eſſe tyrannum, cum occupet Re-

gnum, quo à Sede Apostolica fuit propter hæresim & relapsum, per sententiam legitimè priuatus: vnde cum instar Eglon Regis Moab catholicos opprimat, & instar Iabin Regis Chananæorum & Sisaræ Ducis illius, catholicos graui tyrannide vexet, & instar Holofernis Ecclesiam obsideat, & eius libertatem, quam habet in Christo Iesu, in seruitutem sectæ Caluinisticæ redigere conetur, siue aliquis Aod, siue quæpiam Iahel, siue Iudith illum confodiat, vt catholicum regnum de manu illius eripiat, non videtur esse contra diuinæ punitionis, & permissionis exempla. [*Iudicum cap. 3. 4. & 5. & Iudith. cap. 13.*]

Henricum Borbonium quia hæreticus & Ecclesiæ rebellis declaratus est, tanquam diffidatum & bannitum iure quoque à quolibet priuato obtruncari posse. Cap. VII.


ONSTITVTIONE Apostolica contra duos Henricos Nauarræ Regem, & Principem Condensem, à fel. recor. Sixto V. edita, cui Collegium Cardinalium

nalium subscripsit, ita diffinitum extat: *Pronunciamus & declaramus Henricum quondã Regem, & Henricum Condensem supradictos, fuisse & esse hæreticos; in hæreses relapsos, & impœnitentes, hæreticorumque duces, fautores, & defensores manifestos, publicos & notorios, sicque læsæ maiestatis Diuinæ reos, & orthodoxæ fidei Christianæ hostes, adeo vt nulla possint se tergiuersatione; aut excusatione defendere: ac proinde eos damnabiliter incurrisse in sententias, censuras, & pœnas sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, legibusquè generalibus, & particularibus contentas, & hæreticis relapsis & impœnitentibus debitas. Hæc ibi.*

Hinc protinus efficitur, eos fuisse & esse diffidatos atque bannitos, tales enim sunt, qui per sententiam Iudicis Ecclesiastici hæreseos damnati sunt, sic enim Fredericus Imperator constituit: *Catharos, Patarenos, & omnes hæreticos vtriusque sexus quocumq; nomine censeantur, perpetua damnamus infamia: diffidamus atque bannimus.* [*Authent. Gazaros. C. de hæretic. quæ sunt desumpta ex legibus Frederici latis hortante Ecclesia Romana contra omnes hæreticos.*

Nec

Nec refert si quis dixerit, istis legibus nō teneri Reges Franciæ, quasi nunquam fuerint Imperatoribus subiecti, nec eorum iurisdictionem recognouerint, quia præterquam quod, vt sæpe alias diximus, Borbonius nec est, nec esse potest Catholicorum Rex, cum Ecclesia Romana eas Frederici leges approbauerit, ac (vt vulgus loquitur) canonizauerint, reuera etiam secundum Ecclesiæ leges, diffidatus & bannitus erit. Eas leges multi Pontifices comprobarunt, & rescriptis suis Apostolicis inseruerunt, vt nec de illis amplius sit dubitandum, nec tam sæculares, quàm Pontificiæ sint censendæ. [*Innocentius. 4. Alexander. 4. & Clemens. 4. rescriptis incipien.* Cum aduersus. *habentur impressæ. in fine Directorij Inquisitor. inter literas Apostolicas pro officio Sanctæ Inquisitionis.*]

Cum ergo sedis Apostolicæ iudicio legitimo, diuinæ maiestatis reus declaratus sit, diffidatus & bannitus ipso iure remansit, id est, extra omne legum beneficium & auxilium positus; vnde nedum per iudicem, verum etiam per priuatum quemlibet, tanquam publicus hostis interfici impune poterit: diffidare enim atque bannire (vt cōmuni consensu iureconsultorum schola censuit) nihil aliud est, quam statuere, vel præcipere, vt impune qui bannis

&

& diffidati sunt, occidi possint. [*Angelus consil.* 14. *incip.* nos Carolus. *nu.* 3. *vers.* in hoc ergo. *Geminianus in cap.* 1. §. *fin. nu.* 11. *vers.* quæro quid importet. *de homicidio. lib. 6. vbi Philippus Franchus. nu.* 5. *vers.* Decimo noto. *Bartholomeus Cepolla. consil.* 8. *nu.* 5. *Aegidius Bossius tit. Banniti quid amittant. nu.* 8. *Petrus Godofredus in authent. Gazaros. C. de hæretic.*]

Possunt enim Principes ob publicã vtilitatem, indicere certis quibusdã malefactoribus bellum, vt vel grauitate pœnarum maleficio submoueantur, vel eorum exemplo ciues in officio contineantur. Ideoque recte Angelus putat contra diffidatos & bannitos publice esse bellum indictum, & consequenter impune à quolibet etiam priuato posse necari, sicut de transfugis cõstituit Martianus dicens: *Transfugas licet vbicumque inuenti fuerint, quasi hostes interficere.* [*Angelus dicto Consil.* 14. *Martianus in l.* 3. §. *fin. ff. ad legem Cornel. de Sicar.*]

Et quemadmodum valet statutum permittens bannitos impune posse occidi, quos propter perpetrata homicidia, aliaq. atrocia delicta loco hostium habendos censet, & banno publico exponi, vt à quibuslibet offendantur. [*Cinus in l. reos. nu.* 9. *quæst.* 6. *C. de accusat. Ioannes*

Andr.

Andr. in additionib. ad speculatorem.tit.de constit. §. 1. *Alexander. consil.* 114. *incip.* ponderatis. *lib.* 1. *Decius consil.* 327. *incip.* viso casu proposito. *Crauetta consil.* 2. *nu.* 8. *Hippolitus Marsilius in practica crimin.* §. *aggredior. nu.* 1. *late Iason. in.l. vbi pactum. C. de transactionibus*. *Berous consil.* 54. *incip.* ad fauorem. *nu.* 35. *& seq. lib.* 2.]

Eodem modo banniti à lege ciuili, vel canonica, cessantibus statutis, possunt impune offendi. [*Geminianus in cap.* 1. *in fine. de homicidio. lib.* 6. *Bossius. tit. bannit. quid amittant. nu.* 8. *Cepolla consil.* 8. *nu.* 5. *vers.* & idem erit de iure communi.]

Iam cum inter bannitos, & diffidatos, id est, Reipublicæ hostes declaratos, nulli sint magis execrabiles, & perniciosi quam hæretici, si ceteros bannitos, vt hactenus dictum est, impune interficere licet, cur non hæreticos impune, ac etiam meritoriè obtruncare licebit? & maxime potentes, qui suo exemplo infinitas fidelium animas trahunt in æternam damnationem?

Quod si hæreticus de quo interficiendo agitur, sit præterea declaratus relapsus, nulla est prorsus difficultas: cum iure Pontificio constitutum sit, eum & si conuertatur, non esse ad vitam temporalem admittendum. [*Cap. super*

eo. de hæretic. lib. 6. ſanctus Thomas. 2.2. queſt. xj. art. 4.]

Denique ſententiam hanc de permiſſa hæreticorum occiſione, poſtquam ſententia declaratoria præceſſit, per quam à legitimo Iudice hæretici declarati ſunt, communiter amplectuntur Canoniſtæ, magna quidem auctoritate ſuffulti, cum Dominus necandos præceperit omnes, qui populum ſuum fidelem ad cultum alienorum Deorum inducebant, & Mathathias interfecerit eum, qui ad aram ſacrificaturus, acceſſerat, & S. Cyprianus idem ſuadere videatur. [*Canoniſtæ in cap. præſidentes. de hæretic. lib. 6. vbi præ ceteris Geminianus, & Franchus. Dominus in lege veteri. Deuteron. cap. 13. Mathathias. lib. 1. Mahcabæor. cap. 2. Cyprianus in libro de exhortatione Martyrij. cap. 5. refertur in cap. ſi audieris. 23. queſt. 5.*]

An ex-

An expediat potius tolerare tyrannos, quam eos interficere: & quid de hæretico Principe sit iudicandum. Cap. VIII.



X supradictis constat quomodo interfectio tyrannorũ vel sit, vel nõ sit illicita, sed num Reipublicæ expediat, grauis est dubitatio, quam augent & auctoritas & rationes, quibus S.Thomas,& alij eum secuti,non sunt ausi constanter affirmare, licere semper obtruncare tyrãnos. Aiunt enim vtilius esse ad tempus tyrannidem tolerare, quàm interfecto tyranno multis periculis, ipsa sæpe tyrannide, grauioribus, Rempublicam implicare. tum quia si tyrannus præualeat, iracundia prouocatus magis sæuire solet: si autem vincatur,tunc aut alius solet truculentior & immanior succedere, aut in factiones concisus populus, miserabiles commouet dissensiones, quibus multo magis atteritur Respublica, quàm sub sæui tyranni interfecti, aut expulsi dominatione premeretur. [*S.Thomas opusculo xx.lib.1.cap.6. Gerson parte. 1. tract. 13. in assertionibus Magistris Ioan-*

nis Parui. Sotus lib. 5. de iustitia & iure quæst. 1. art. 3.]

Maiorum prætereà nostrorum exemplis instruimur, non esse in vitam Principum tyrannorum machinandum: cum enim olim multi Romani Imperatores fidem Christianam tyrannice persequerentur, & magna multitudo tum nobilium, tum popularium, Christum cõfiteretur, tantum abest, vt in Principum salutem Christiani machinati fuerint, vt pro illis potius preces ad Deum fudisse, ex antiquis Patribus constet. [*S. Clemens lib. 8. cap. 18. constit. Apostolicarum. Tertullianus in Apologetico aduersus gentes cap. 30. & 39. Theophylus Alexãdrinus epistola 1. paschali.*]

Et propterea, vt ista damna vitentur, non videtur priuata auctoritate interficiendus tyrannus, sed vel Principis superioris, ad quem pertinet multitudini de Rege prouidere, auxilium implorandum est, vt tyrannum debellet: vel si contra tyrannum omnino deficiat præsidium humanum, recurrendum est ad Regem omniũ Deum, & humiliter ei supplicãdum, vt vel cor tyranni crudele conuertat in mansuetudinem, vel de medio tollat, aut ad infimum statum reducat. [*S. Thomas opusculo 20. lib. 1. cap. 6.*]

Atque hæc est istorum virorum sententia. quam & si non putamus aspernendam, non tamen

men censemus indistinctè recipiendam, aut ita ampliandam, vt omnem tyrannum tueatur.

S. Thomas, Gerson, Sotus, & alij præcitatis locis, nullum verbum de Rege hæretico, nullum de tyranno populum seducente, & ab auita maiorum fide Christiana, ad deliria, & fabulas hæreticorum amplectenda, vel compellente, vel per edictum de credendi libertate, vel per honores hæreticis, eorumq; fautoribus delatos, paulatim ad suam hæresim trahente: neque de tyranno hæretico per Ecclesiam declarato, à Regno expulso, & à Regni successione priuato, & quod est lõge deterius, de hæretico impœnitente relapso, quem omnia iura diuina & humana detestantur, & elementa ipsa, si fari possent, abominarẽtur. Si enim de tali tyrãno institutus fuisset S. Thomæ sermo, nõ dubium, quin censuisset illũ, nedũ à quolibet priuato interficiẽdũ, sed tãquam putridũ cadauer canibus etiam laniandũ ac deuorandũ exponendũ.

Tria sunt potissimum, quæ à simili cæde abstinendum suadere videntur.

Primum, Principis ipsius hæretici tyranni maiestas.

Alterum, reipublicæ vtilitas, ne maioribus periculis obijciatur.

Tertium, maiorum nostrorum exempla.

De singulis videamus, illud primum admonentes, nos de Principe, seu Rege hæretico declarato sermonem institutum prosequi.

Quod attinet ad primum de tyranni, seu hæretici Principis maiestate, nullum pondus habet, cum paulo antea docuerimus, Principes tyrannos, seu hæreticos nullam habere maiestatem, & propterea illorum interfectores non subdi pœnis constitutis contra reos Maiestatis humanæ. [*Supra cap. 5.*]

Minus obstat secundum de Reipublicæ vtilitate, quia nulla potest excogitari maior, aut funestior pernicies, quam Regem hæreticum agnoscere. si vno Rege hæretico interfecto, alter hæreticus Princeps omnino successurus foret in Regno, anceps tunc esset deliberatio, an primum occidere expediret, cum sub successore hæretico perinde esset periclitatura religio, ac sub antecessore: cæterum si non timeretur eiusmodi euentus, sed potius vel speraretur eligendum Regem catholicum, qua in re vigilantissime esset Romano Pontifici incumbendum, vel Regnum diuidendum, & potestati Principum Catholicorum subdendum, tunc nulla diuisio, aut factio esset tantam perniciem Regno allatura, quã affert hæretici Regis præfectura: tametsi enim ex illa diuisione, atque

in

in diuersas factiones sectione, bonis externis, & temporalibus multorum ciuium detrimentum inferatur, non tamen periclitatur religio, cum catholici iam libertate fruantur, & hæretici hęretico Rege sublato consternantur,& viribus minuantur. Quam rationem S. Thomas prudentissime contemplatus,rectissime censuit, non esse permittendum,vt hæreticis præsertim relapsis corporalis vita condonetur. [*S.Thom. 2.2.quæst.11.art.4.*]

Sed neq; ad Regem hæreticum possunt trahi,quæ sanctus Thomas, & alij de tyranno interficiendo dubitantes, scripserunt; cum non sit opinandum virum sanctum, in quæstionem aut dubium reuocasse, quæ ab Ecclesia catholica de ea re constituta extant & diffinita. Si enim Regem hæreticum tolerare patienter expediret,quid profuisset Reipublicæ Christianæ cõstituisse,vt subditi ab omni obligatione, qua principibus & dominis hæreticis tenebantur obstricti,liberarentur? [*cap.absolutos.de hæret.*]

Cur vniuersalis catholica Ecclesia in Spiritu sancto legitime congregata, tam anxiè,tam diligenter,tam sollicitè admonet Principes sæculares,vt dominia sua purgẽt ab hæretica fœditate, indeq́. hæreticos vniuersos expellant, aut si moniti & requisiti id facere neglexerint,

excommunicationis vinculo innodentur,& satisfacere contemnentes dominijs priuentur, & vassalli ab eorum fidelitate absoluti denunciētur, & terræ ac dominia exponantur Catholicis occupanda? dum enim hæc constituit sancta mater Ecclesia, apertissime censuit,non esse conniuendum cum Regibus hæreticis, sed eos modis omnibus dignitatibus deijciendos ac deturbandos,vt catholicis in illorum locum aditus patere possit. [*Concilium generale Lateranense sub Innocentio 3.cap.3.refertur in cap.excommunicamus. il primo. de hæret.*]

Cum generalis Concilij Patres sanciuerunt deturbandos Reges hæreticos, & Regnis priuandos, si negligentes sint in hæreticis extirpandis, optime nouerāt grauissimos propterea tumultus orituros, & dissidia maxima in Republica concitanda, cum raro aut nunquam visum sit, Principes præsertim malos spontè regnis cedere; verum quia ex sola negligentia in hæreticis persequendis cernebant multo maiora religioni catholicæ accidere mala, ideo huic maiori malo mederi primum voluerunt.

Ratione enim & exemplis notum fit, nihil funestius Rege hęretico posse in catholicorum populis reperiri.

Ratio in promptu est: possunt Reges, quia

diuites

diuites sunt, munera multis largiri: possunt, quia potentes sunt, multos sibi resistentes grauibus pœnis afficere: possunt datis muneribus, & honoribus distributis, multos sibi conciliare, & in suam sententiam trahere: possunt item nutantes vel præmio, vel metu flectere: iam cũ hæc, præmium, honor, & spes maiora quærendi, & metus amittendi aut bona, aut vitam, aut honorem, plurimum in animis mortalium semper potuerint ac possint, consequens est, vt breui tempore subditi Principibus imperantibus placere cupiant: nulla re autem magis Regibus se placere posse putant, quàm si eam religionem, quàm illi profitentur, amplectantur. Inde mox cõtingit in moribus & religione mutatio. Quia, vt prudenter Poeta cecinit.

componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

[*Claudianus de quarto Honorij consulato.*]

Solent enim semper homines, (vt ait Herodianus) *Vitam principis æmulari*. [*Herodianus lib. 1. histor. in Marco Imperatore, non procul ab initio.*]

Exempla frequentia extant: regnantibus in Israele idololatris Regibus, Ieroboam, Baasa,

Ela, Zambri, Amri, Achab, & similibus, popu lus Idolis sacrificare non destitit: Regum enim impiorum sequebantur insaniam.

Post Christi Domini aduentum, ac postquã Imperatores Romanorum Catholicam fidem susceperunt, quando vere Catholici imperabant Principes, maximũ vbique terrarum Religio Christiana suscipiebat incrementum: cũ vero hæretici, & apostatæ, aut desertores imperium tenebãt, grauis multorum iactura præsto aderat. Sic scimus sub Iuliano Apostata, sub Valente, sub Valeriano, & alijs plurimos defecisse Christianos, pluresq. fuissent defecturi, nisi martyrum confessio constantiaq. in fide Catholica roborasset.

Insigniter itaque & perniciose errant, qui putant propter Reipublicæ vtilitatem à cæde Principum hæreticorum abstinendum.

Postremum de maiorum nostrorum exemplis, quibus displicuisse videtur huiusmodi remediũ, ex eo quod nusquam apparet hoc suasisse viros sanctos, qui potius elegerunt sub tyrãnis Principibus miserias, & cruciatus patienter tolerare, quàm ad illos occidendos quemquam hortari, non reddit suspectã, aut falsam superiorem sententiam: quoniam neque nos, neq; alij huius dogmatis assertores hortamur

quem-

quemquam, vt imprudenter has cædes machinetur, sed illatas non damnamus, quemadmodum neque maiores nostri etiam viri sancti, qui veri Dei cultum omni conatu propagare studebant, hos principum hæreticorum infelices exitus ægre tulerunt, aut eorum interfectores condemnauerunt.

Nemo enim peccasse asseruit militem illũ, (si tamen miles fuit) qui Iulianum Imperatorẽ Catholicæ Religionis desertorem, sagitta de improuiso emissa, necauit. quinimo magnis laudibus eum extulit Sozomenus. [*Socrates lib. 3. histor. ecclesiast. cap. 18. Theodoritus lib. 3. cap. 20. Sozomenus lib. 6. cap. 2.*]

Nemo damnauit Gotthos, qui Valentem Arianum in tugurio latitantem subiecto igni concremarunt. [*Theodoritus lib. 4. histor. Ecclesiast. cap. 31. Nicephorus lib. 11. cap. 50.*]

Nemo Ariadnam Imperatricem impiam appellauit, quod impium Zenonem morbo comitiali correptum, adhuc viuentem curauit sepeliendum, adhibitis custodibus, ne cum euigilasset, educi de sepulchro posset. [*Zonaras tom. 3. annalium in Zenone.*]

Nemo Andream illum impium dixit, qui Syracusis in balneo Cõstantem Imperatorem Deo & hominibus inuisum, cado grauiter capiti


piti inflicto, quo calida aqua perfundi solebat, per insidias necauit. [*Cedrenus in Constante. & Zonaras tomo 3. annalium in vita Constantis.*]

Refertæ sunt similibus exẽplis historiæ Ecclesiasticæ, ex quibus apparet Imperatoribus & Regibus hæreticis tamquam impijs & crudelissimis tyrannis cædes infelices & miserrimas fuisse illatas, illorumq. obitum viris sanctis interdum in remotis locis agentibus, diuinitus reuelatum: nam Iuliani desertoris interitum Didymo Alexandrino, & Iuliano Sabæ Monacho insignis sanctitatis viro, alijsq. pijs Christianis per visionem fuisse significatum, vt ista consolatione cælesti ob partam Ecclesijs tranquillitatem propter tyranni obitum, recrearentur, Sozomenus & Nicephorus testantur. [*Sozomenus lib. 6, histor. Ecclesiast. cap. 2. Nicephorus lib. 10. cap. 35.*]

Censura

Censura in alteram Castelli propositionem ex sententia Parlamenti; cui proxime annectitur vera & Catholica censura secundum Catholi*cum Castelli sensum.*

Cap. IX.



LTERA propositio, quā Castellus dicitur protulisse, huiusmodi erat: *Rex Hēricus quartus, qui de præsenti regnat, non est in Ecclesia, donec habeat approbationem à Papa.*

Hanc Parlamentum, velut scandalosam, seditiosam, & verbo Dei contrariam, & tanquā hæreticam per sacros canones condemnatam, declarauit.

Prima ratio, qua Parlamenti censura niti potuit, hæc fuisse videtur: licet Principes sæculares excommunicari possint, & excommunicati declarari, iura enim extra cōtrouersiam id ponere videntur. [*Cap. quoniam quidem.* 18 *.distinct. vbi id notat glos. in verbo*, Communione. *cap. non est. de sponsalib. vbi de Rege Angliæ fit mentio.*]

Id

Id tamen non habet locum in Rege Franciæ, qui à quocumque maxime sui Regni antistite, nec potest excommunicari, neque excommunicatus declarari. Quod antiquum Regum Franciæ priuilegium Clemens V. & Martinus V. teste Ioanne Feraldo ita declarasse videntur. [*Clemens V. in extrauagan. incip.* Meruit. *tit. de priuile. inter communes. & Martinus V. per Bullam suam hoc declarando ad perpetuam rei memoriam, concessit, teste Ioanne Feraldo tract. de iuribus & priuilegijs Regni Francorum, priuilegio 6.*]

Vnde si Rex Franciæ non potuit excommunicari, & sic per excommunicationem ab Ecclesiæ gremio separari, iuxta potissimum excommunicationis effectum, mentitus videtur Castellus dicens, Henricum non esse in Ecclesia, ante Romani Pontificis absolutionem, aut approbationem.

Sed videamus, vtrum hęc veritate nitantur. Primum illud verum est, posse Romanos Pontifices quempiam fauore prosequentes, ei concedere, ne excommunicari, aut interdici à quoquam antistite, vel Ecclesiæ Prælatis valeat. Huiusmodi enim priuilegia singularibus olim personis, ac collegijs, & multis Religiosorum ordinibus fuisse concessa, exploratum est; & Ioannes quoque XXII. non obscure videtur signi-

ſignificare. [*Ioannes XXII. in extrauagan.incip.* Frequentes. *tit. de iudic. inter communes.*]

Ac verum præterea eſt, potuiſſe Romanos Pontifices id priuilegium concedere Regibus Franciæ, ac reuera etiam nonnullis conceſſiſſe, ne ab aliquo antiſtite excommunicarentur, aut excommunicati declararentur, aut interdicto ſupponerentur: nam S. Ludouico ab Alexandro IIII. conceſſum ſcimus, Innocentius etiã IIII. ante Regibus Franciæ conceſſiſſe fertur, vt ſine ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, nec Regnum, nec Regis caput interdicto Epiſcoporum feriretur: quod à Clemente IIII. & Nicolao III. alijſq. multis Romanis Põtificibus ratum & comprobatum fuiſſe narratur.

At illud falſum, & aperte ſchiſmaticum eſt, Reges Franciæ à ſummis Pontificibus excommunicari non poſſe, nec vnquam potuiſſe.

Sed neque Feraldus id ſenſit, aut ſcripſit; nec quiſquam ſanæ mentis ita ſentire, aut ſcribere potuiſſet: cum ſummi Pontifices, qui ea priuilegia conceſſerunt, eam poteſtatem & iuriſdictionem excommunicandi Reges à ſe non abdicauerint, neque abdicare potuerint. [*Ioannes And. in cap. cum inſtantia. num. 9. & ibidem Panormitanus num. 6. de cenſib. quos cæteri communiter ſequuntur.*]

Rurſus

Rursus Parlamenti censuram tueri videtur aliud non minus illustre Regum Franciæ priuilegium: illi enim nemini videntur esse subiecti. Nam ex Feraldo & Igneo, alijsq. Francis scriptoribus, qui pro suorum Regum libertate plus æquo certarunt, apparet, illos nullum in temporalibus recognoscere superiorem, nec Imperatoribus Romanis esse subiectos. [*Ioannes Feraldus tract. de iuribus & priuileg. Regni Francorum, Ioannes Igneus in disputatione, An Rex Franciæ recognoscat Imperatorem.*]

Quam sentẽtiam alij respectu Romanorum Pontificum veram esse censuerunt, putantes eosdem Galliæ Reges, neque summis Pontificibus in temporalibus esse subiectos: maxime cum & ipsi summi Pontifices id ingenue fateri & agnoscere videantur. [*Innocentius III. in cap, nouit. de iudicijs. & Clemens V. in extrauagan. incip.* Meruit. *de priuileg. inter communes.*]

Cæterum cum neque ex Decretali Innocentij III. neque ex Clementis V. extrauaganti, liqueret eos exemptos à summorum Pontificum potestate, respectu spiritualium, & caussarum ad Ecclesiam pertinentium, quales proculdubio sunt, cum de peccato, & hæresis crimine omnium maximo tractatur, ac neque auctores Galli diffiteri hoc audeant. [*Arnulphus*

Rozeus

Rozeus tract. iuris Regaliæ priuilegio. 59. numero 2.] Idque male haberet Nauarristas videntes suũ Borbonium ea potissimũ de causa excommunicatum, ideo vt ab his angustijs, quibus vehementer præmebantur, sese eriperent, ad nouas & inauditas rationes more solito confugientes, nouissime duo dogmata pepererunt; & per vniuersum Franciæ Regnum, aliasque Prouincias libris editis promulgarunt.

Primum, Romanos Pontifices nihil eorum, quæ pertinent ad res temporales Regni Franciæ, posse disponere, aut precipere: quinimo subditos Regis, etiam Clericos, non teneri super his eorundem Pontificum ordinationibus obedire. Alterum, quamuis Romani Pontifices in rebus spiritualibus supremam auctoritatem habere cognoscantur, in Regno tamen Frãciæ illam esse restrictam, limitatam, & præfinitam secundum canones, & regulas conciliorũ in Francia receptorum. [*Hæc dogmata, & plura alia hæreticalia, & sacrilega contra Romanum Pontificem, & Sedem Apostolicam continentur, & asseruntur in quodã libello sane schismatico superiori anno 1594. sine nomine auctoris Lugduni edito, cui titulus est:* Libertates Ecclesiæ Gallicanæ.]

In eo libello ex duobus illis dogmatibus, tamquam ex venenato fonte, multæ conclu-

ſiones hæreticæ & blaſphemæ deriuantur, in quibus vna hæc eſt præcipua, ſcilicet Romanos Pontifices non poſſe priuare Reges Franciæ, neque ſubditos debere eis obedientiam denegare ob quaſcumque monitiones, aut excommunicationes, aut interdicta contra ipſos lata: neque indigere diſpenſatione, aut Papæ abſolutione: ex quibus iudicio Parlamenti non obſcure conſequebatur Caſtelli propoſitionem aſſerentem, Henricum Borbonium non eſſe in Eccleſia ante Papæ approbationem, fuiſſe temerariam & ſeditioſam.

Sed hæc falſa ſunt, & facili negotio confutantur. Et iſti dum magnam excellentemque Regum Francorum dignitatem, & auctoritatem oſtendere conantur, magno dedecore & infamia eos afficiunt: quoniã aut Reges Franciæ ſunt intra Eccleſiam, aut extra Eccleſiam, aut ſunt de ouibus Chriſti, aut non ſunt de Chriſti ouibus; ſi de ouibus Chriſti eos eſſe dixerint, neceſſe eſt fateantur, Chriſti Vicario eſſe ſubiectos, & ab illo poſſe ligari, & ligatos eiuſdem abſolutione indigere. Si non ſunt de ouibus Chriſti, neque in illius concluduntur ouili, falſo eos Chriſtianiſſimos eſſe iactitant, & egregio primogenitorum Eccleſiæ filiorum nomine inaniter gloriantur.

Henricus (vt Ottho obseruat) inter Reges eius nominis quartus, sed inter Imperatores tertius; vt se neque à Pontifice Romano excommunicari potuisse, neque illius absolutione indiguisse ostenderet, similem blasphemiam olim Gregorio VII. obiecisse dicitur: *Ferunt enim illum, nuntios misisse per prouincias, qui dicerent, Iesum Christum, quando ter oues Petro pascendas commisit, Reges excepisse, sed Pontificem per litteras notum populis fecisse, Deum in terris agentem, quando ligandi, & soluēdi in cælo, & terra potestatem Petro dedit, neminem excepisse; eumq. qui ligari se à Pontifice posse negaret, quod absolui nequiret, confiteri, & sic ab omni Ecclesiæ corpore sequestrari.* [*Ottho Frisingensis lib. 1. cap. 1. de gestis Frederici primi. Albertus Krantius lib. 5. Saxoniæ. cap. 6.*]

Equidem Reges Franciæ vere christianissimi superioribus sæculis, qui & inclytum Regnum, & gloriam sibi immortalem compararunt, quique barbaris gentibus imperarunt, & Christianissimorum cognomen meruerunt, non sectabantur istas blasphemias, nec inanem istam solo nomine libertatem præferebant, sed ne diluuij aquis inundantibus mergerentur, in

arcam Noe, id est, in Ecclesiam catholicã Romanam, quam gubernat Petrus, hoc est, Christi Vicarius, auidissime ingrediebantur, & summam praeclaramq. libertatem esse putabant, defendere Romanam Ecclesiam, donatis vrbibus & oppidis insignibus ditare, Pontifices profugos & exules in Regno humanissime recipere, stratorum vice illis inseruire, pedes deosculari, armato milite in suam sedem restituere; legant suos annales, & memoria recolant aliquem Carlomannum, Pipinum, Ludouicũ, & similes, & videbunt (nisi tenebris peccatorum, & haeresi excaecati, claram veritatis lucem videre non mereantur) gloriosos illos Reges, & sempiterna memoria dignos, propter obedientiam Romanae Ecclesiae, Christiq. Vicario in primis exhibitam, felicissimos successus habuisse.

Falsum praeterea est, quemquam Romanũ Pontificem id priuilegij Regibus Franciae concessisse, vt ab eius iurisdictione & suprema potestate eximerentur: neque Clemens V. id vnquam indulsit, sed hoc tantum declarauit, ne Rex Franciae illiusq. subditi per extrauagantem Bonifacij VIII. incip. *Unam sanctam.* amplius Ecclesiae quam prius erant, intelligerentur

rentur esse subiecti, ait enim ita: *Meruit charißimi filij nostri Philippi Regis Francorum illustris syncerae affectionis ad nos, & Ecclesiam Romanam integritas, & progenitorum suorum praeclara merita meruerunt: meruit insuper Regnicolarum puritas, ac deuotionis synceritas, vt tam Regem, quam Regnum fauore beneuolo prosequamur. Hinc est, quod nos Regi & Regno, per definitionem, & declarationem bonae mem. Bonifacij viij. praedecessoris nostri, quae incipit: Vnam sanctam: nullum volumus vel intendimus praeiudicium generari, nec quod per illam, Rex, Regnum, & Regnicolae praelibati, amplius Ecclesiae sint subiecti Romanae, quàm antea existebant: sed omnia intelligantur in eodem esse statu, quo erat ante diffinitionem praefatam: tam quantum ad Ecclesiam, quam etiã ad Regem, Regnum, & Regnicolas superius nominatos.* Hactenus ibi. [*Clemens V. in extrauag. meruit. tit. de priuilegijs inter communes.*]

Ex hac declaratione nõ possunt Franci scriptores colligere exemptos esse suos Reges à Romanorum Pontificum potestate, quam ille iure Vicariatus Iesu Christi habet in terris, su-

per omnes Christi oues: quo iure vsque adeo quidē omnes homines habet subiectos, vt nec consuetudine, nec priuilegio, nec præscriptione quacumque vel tempore immemorabili, volentibus etiā ipsis Christi Vicarijs, induci possit, vt ab eius iurisdictione eximantur, aut liberentur. [*Augustinus de Amcona in summa de potestate Ecclesiastica, quæst. 61. artic. 2. & 3. Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Ecclesiæ, cap. 68. Panormitanus in cap. cum instantia, num. 6. vers.* Quinimmo dicit. *de censibus. Iacobatius tract. de concilio lib. 7. artic. 5. circa medium. Imola in cap. 1. de constit. & in cap. quanto. de consuetud.*]

Vnde quamquam gratis istius Parlamenti hominibus concederemus, Regem esse, aut Regem Franciæ aliquando fuisse Borbonium, non inde mox consequeretur, non potuisse illum excommunicari à Sixto V. alioue Romano Pontifice; aut tamdiu vere excommunicatum non existere, quamdiu ab eodem Pontifice excommunicante, vel eius successore non fuerit absolutus.

Quæ sententia cum de crimine hæresis agitur, verissima est, tunc enim nemo catholicus etiam de schola Francorum, ausus est asserere, Reges in causa hæresis a Pontificum Romanorum potestate, aut iurisdictione exemptos. Co-

gente enim veritate hanc ſententiam ſacris canonibus per omnia conſentientem, Canoniſtæ, Iuriſperiti, & Theologi amplexi ſunt, & Galli quoque ſcriptores laudant. [*Cap. excommunicamus. el primo. & cap. abſolutos. de hæret. Antonius de Roſellis tract. de poteſt. Papæ, & Imperatoris in reſponſione ad nonam rationem. folio mihi x. Ioannes Igneus in diſputatione, An Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem. num. 99. Matthæus de Afflictis, quamuis loquatur in feudis. tit. quibus modis amittat. §. Item ſi quis feudũ. nu. 83. Albertinus in repetitione cap. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 15. num. 36. Alphonſus Caſtrus. lib. 2. cap. 7. de iuſta hæret. punit. Simancas de cathol. inſtitutionib. tit. 9. nu. 259. Ioannes Lopez tract. de Regno Nauarræ, parte. 5. §. 7. Gregorius Lopez partita. 2. tit. 15. l. 2. Auguſtinus de Ancona in ſumma de poteſtate Eccleſiaſtica. quæſt. 46. art. 2. & 3.*]

Poſtremò poſſet quiſpiam alia ratione defendere Parlamenti cenſuram, ex illa communi & recepta ſentẽtia Canoniſtarum aſſerentiũ hæreticos in damnatas hæreſes incidentes & pœnitentes, ab Epiſcopis locorum abſolui poſſe, etiam à cenſuris contra illos latis per ſententias, & proceſſus, qui olim contra hæreticos, & illorum fautores ter in anno à Romanis Pontificibus pronunciabantur: cum enim Pontifices nominatim ſibi eam abſolutionem non reſer-

 uarent,

rent, Episcopis censebatur concessa absoluendi facultas. [*Archid. in cap. vt officium. in princip. in verbo* Impendatis. *de hæreticis. lib. 6. quem sequuntur ibidem Ioannes And. in cap. excommunicamus. il primo. nu. 29. de hæret. glos. in cap. 2. in verbo.* Non sicut. 24. *quæst.* 1.]

Vnde licet concederetur, Borbonium excōmunicari, & ab Ecclesiæ corpore sequestrari potuisse, potuit ille ab Episcopis Regni Franciæ absolui absq; speciali Papæ mandato, præsertim in casu necessitatis; & consequenter nō erat verum quod Castellus asseruerat; non esse illum in Ecclesia ante Papæ approbationem, & absolutionem.

Non defuerunt superiori anno, qui eam absolutionem scripto edito legitimam fuisse ostēdere sint conati, quorum errorem nos peculiari libro confutantes, demōstrauimus nullam Episcopos Franciæ iurisdictionem habuisse ad illum absoluendum, & Ecclesiæ gremio restituēdum; ex eo libro copiose percipiet lector, quā sit ista absurda sacrilegaq; sententia.

Nunc breuiter dixisse sufficiat, eam absolutionem nullo pacto potuisse, aut posse suffragari Borbonio, primo, quia ab excommunicatione lata in processu Bullæ in cœna Domini, qui singulis annis nunc fieri & pronunciari feria v.

maioris

maioris hebdomadæ contra quoſcunque hæreticos,& illorum fautores à ſummis Pontificibus conſueuit,non poſſunt abſoluere Epiſcopi; quoniam Papa non obſtantibus quorumcumque Conciliorum decretis, eam abſolutionem ſibi nominatim & expreſſe reſeruauit, quam olim, vt antiqui Canoniſtæ affirmant, non reſeruabat. [*Cap. 20. §. cæterum. proceſſus Bullæ in Cœna Domini.*]

Præterea contra Borbonium extat ſpecialis conſtitutio fel.record. Sixti V. per quam quoque ita ille remanſit inhabilis, excõmunicatus & omni legitimo iure,& iuris priuilegio priuatus, vt ab alio, quàm a Romano Põtifice benedici, abſolui, habilitari, reintegrari,vel reſtitui minime poſſit. [*Conſtitutio Sixti V. edita cõtra Borbonium anno 1585. in qua declaratur hæreticus, relapſus, impœnitens, hæreticorum Dux, fautor, & defenſor manifeſtus,publicus & notorius, & læſæ maieſtatis diuinæ reus,& orthodoxæ fidei chriſtianæ hoſtis.*]


Quæ cum ita ſe habeant, nec Borbonius eiusùe fautores oſtendant illũ a Romano Pontifice abſolutum,reuera non eſt ille in Eccleſia, quemadmodum ſunt alij fideles nobiſcum cõmunicantes: & propterea Caſtelli propoſitio vera eſt & catholica, Parlamenti autem cenſura erronea, ſchiſmatica, ſcandaloſa,& vere

Romanæ

Romanæ Ecclesiæ iniuriosa, & Romani Pontificis auctoritati detractiua.

Series decreti Parlamentalis, quo Re*uerendi Patres Societatis Iesu è toto* Regno *Franciæ abire iussi sunt: & breuis enarratio totius rei gestæ.*

Cap. X.



RVRSVS Parlamentum, vt ex Arresto ipso Gallice Parisijs impresso constat, cum Castellum damnasset, & duas supra explicatas illius propositiones hæreticas declarasset, iracundiæ suæ aculeos contra Iesuitas conuertit, atq; in hæc verba contra vniuersam illam sanctam, & Ecclesiæ catholicæ vtilissimam societatem infremuit: *Mandat*, scilicet Parlamentum, *vt presbyteri & scholares Collegij Claramontensis, & omnes alij de dicta prætensa societate, tanquam corruptores iuuentutis, & perturbatores quietis publicæ, & inimici Regis & status, post tres dies a tempore intimationis præsentis*

tis

tis Arresti computandos, a Lutetia, & ab omnibus alijs vrbibus & oppidis seu locis, vbi habent sua collegia, recedant; & deinde infra xv. dies exibunt extra Regnum, sub pœna quod si elapso dicto tempore in eo reperti fuerint commorari, tãquam criminosi, & culpabiles criminis læsæ maiestatis punientur. Bona verò eorum tam mobilia, quàm immobilia applicabuntur & assignabuntur pijs operibus, sicut Parlamentum duxerit ordinandum.

Præterea omnibus Regis subditis inhibetur sub eadẽ pœna criminis læsæ maiestatis, ne mittant scholares ad collegia prædictæ societatis, etiam quæ sunt extra Regnum Franciæ.

Ac tale profectò est Parlamenti decretum; cuius iustitiam & pietatem, vt facilius agnoscamus, quomodo sese res habuerit, breuiter est indicandum.

Anno superiori 1594. in ipso die Sancti Ioannis Euangelistæ 27. Decembris, Ioannes Castellus Parisiensis adolescens annorum circiter xx. Henricum Borbonium eodem die ex Picardia reuersum, hora septima post meridiẽ, gladio interficere est conatus: qui cum gut-

tur transfigere vellet, in quod gladium direxerat, & Henricus expuendi gratia, caput paulũ inclinasset, factum fuit propterea vt labium superius dextrum discideric, dentemque solum fregerit. Mox captus, ac diligentissime inquisitus primo blanditijs, deinde minis, ac factis effracto scilicet minimo digito manus, atque apposito ad guttur pugione, de auctoribus & conscijs eius facti interrogatus, semper constãtissime respõdit, se id consilij cum nemine omnino cõmunicasse, ne ab incœpto auocaretur, id vero suscepisse, vt Borbonium tanquam tyrannum, & hypocritam, & Religionis Catholicæ euersorem è medio tolleret. Duabus circiter horis postea missi sunt tres consiliarij cum armatis militibus in Collegiũ societatis Iesu, (vbi adolescens dixerat se Philosophię cursum jam septem exactis mensibus audiuisse, tunc enim operam dabat iurisprudentiæ) qui primo aditu claues Ianitori detraxerunt, & vocato Patre Alexandro Georgio Rectore collegij, quæsierunt, quot è Iesuitis ibi habitarent; quo peracto Patrem Clementem Puteanum cũ ceteris Patribus, & Fratribus in ædes vicini Consiliarij deduxerunt relicto in Collegio præsidio militum, & solo Rectore cum quibusdam ęgrotis, & conuictoribus omnibus, ne quid mali in-

terim

terim accideret.

Eadem nocte, quam omnes Iesuitæ duxerunt insomnem, vocatus est à primo Præside Parlamenti Pater Ioãnes Gueretius adolescẽtis, (vt ipse indicauerat) in Philosophia Magister, atque diligenter & sæpius interrogatus, an eius facti conscius esset; quod cum ipse verissime negaret, adductus adolescens veritatem confirmauit, se videlicet illud neque illi, neque vlli alij communicasse; plurimum tamen dolere, quòd videret Patres societatis propterea in periculum adductos. Neque vero aliquid vnquam in eorum scholis audiuisse, ex quo ad id faciendum permotus esset; idque semper cõstantissime ad vltimum vsque spiritum affirmauit, tum sæpius à Iudicibus, de conscijs, siqui essent, interrogatus, & eos indicare iussus à Patre honesto mercatore, qui propterea cum omnibus consanguineis in carcerẽ coniectus fuerat, tum in tortura ordinaria & extraordinariã, & in grauissimis tormentis, quæ pertulit, videlicet amputata manu dextra; adhibitis forcipibus candentibus ad brachia & crura; & dum corpus in quattuor partes à quattuor equis discerperetur, eadem constantia in concepta sententia permansit.

Die sanctorum Innocentium mane Patẽ

Prouin-

tur transfigere vellet, in quod gladium direxerat, & Henricus expuendi gratia, caput paulũ inclinasset, factum fuit propterea vt labium superius dextrum disciderit, dentemque solum fregerit. Mox captus, ac diligentissime inquisitus primo blanditijs, deinde minis, ac factis effracto scilicet minimo digito manus, atque apposito ad guttur pugione, de auctoribus & conscijs eius facti interrogatus, semper constãtissime respõdit, se id consilij cum nemine omnino cõmunicasse, ne ab incœpto auocaretur, id vero suscepisse, vt Borbonium tanquam tyrannum, & hypocritam, & Religionis Catholicæ euersorem è medio tolleret. Duabus circiter horis postea missi sunt tres consiliarij cum armatis militibus in Collegiũ societatis Iesu, (vbi adolescens dixerat se Philosophię cursum jam septem exactis mensibus audiuisse, tunc enim operam dabat iurisprudentiæ) qui primo aditu claues Ianitori detraxerunt, & vocato Patre Alexandro Georgio Rectore collegij, quæsierunt, quot è Iesuitis ibi habitarent; quo peracto Patrem Clementem Puteanum cũ ceteris Patribus, & Fratribus in ædes vicini Consiliarij deduxerunt relicto in Collegio præsidio militum, & solo Rectore cum quibusdam ęgrotis, & conuictoribus omnibus, ne quid mali interim

 terim

terim acciderer.

Eadem nocte, quam omnes Iesuitæ duxerunt insomnem, vocatus est à primo Præside Parlamenti Pater Ioãnes Gueretius adolescẽtis, (vt ipse indicauerat) in Philosophia Magister, atque diligenter & sæpius interrogatus, an eius facti conscius esset; quod cum ipse verissime negaret, adductus adolescens veritatem confirmauit, se videlicet illud neque illi, neque vlli alij communicasse; plurimum tamen dolere, quòd videret Patres societatis propterea in periculum adductos. Neque vero aliquid vnquam in eorum scholis audiuisse, ex quo ad id faciendum permotus esset; idque semper cõstantissime ad vltimum vsque spiritum affirmauit, tum sæpius à Iudicibus, de conscijs, siqui essent, interrogatus, & eos indicare iussus à Patre honesto mercatore, qui propterea cum omnibus consanguineis in carcerẽ coniectus fuerat, tum iñ tortura ordinaria & extraordinariã, & in grauissimis tormentis, quæ pertulit, videlicet amputata manu dextra, adhibitis forcipibus candentibus ad brachia & crura; & dum corpus in quattuor partes à quattuor equis discerperetur, eadem constantia in concepta sententia permansit.

Die sanctorum Innocentium mane Patẽ

Prouin-

Prouincialis, & alij in Collegio reducti, impedientibus militibus, ne amici ad Collegium accederent, neuè egredi liceret ad consulendum rebus vrgentibus; tempore prandij plerique iuniores aduocati, & alij à primo Præside in Collegiũ missi, cubicula perquisierunt, libros, & chartas omnes curiosissime inspexerunt, & scripta aliqua secum asportarunt. Sub vesperam alios duos in carcerem coniecerunt, & sequentibus diebus alios cum Patres, tum Fratres omnino octo, inter quos & ipse Pater Rector, in obscurissima carcerum loca ijs, qui de vita periclitantur, destinata, separatim retrusi.

Die 29. Decembris, quo Castellus adolescẽs supplicio affectus est, Pater Gueretius præsentibus omnibus iudicibus seuerissime examinatus, si forte vlla esset occasio illum condemnandi, vna cum discipulo, ita satisfecit, vt in carcerem reductus, non nisi post decem dies torturam perferre iussus est, quam Dei ope iudicibus obstupescentibus, patientissime tolerauit, tandem tanquam innocens cum alijs liberatus est. Interim aliquot Iudices in Collegium missi, maiores conuictores examinarunt, rogaruntque, an aliquid à Patribus carceratis audiuissent, quo eos damnare possent; sed per Dei gratiam nihil compertum.

Cæte-

Ceterum Pater Ioannes Guignardus Theologiæ professor, natione Gallus, laqueo vitam finire iussus est, ob inuentum inter eius scripta libellũ de facto fratris Clementis Dominicani, & rationibus propter quas tyranni interdum tolli possunt. Qui mortem constantissime ferens se, & societatem vere innocẽtem esse in ipsis supplicij scalis affirmauit, & magno exemplo catholicis omnibus fuit. Idemque cum more Gallicò iuberetur emendam honorabilem facere, qua damnatus petit veniam à Deo, à Rege, & à Iustitia, respondit, se veniam à Deo, quem sæpe offenderat, humiliter petere, sed non à Rege, quem non offenderat; neque petere à Iudicibus sibi ignosci, sed se ipsis ignoscere.

Die sequenti 8. Ianuarij Pater Prouincialis cum Patribus, & fratribus omnibus, qui tum in Collegio erant, tum in domo professa (vbi eadem seueritate Iesuitæ habiti sunt a militibus præsidiarijs & ab alijs) ex vrbe Parisiensi, expulsi sunt, & infra xv. dies ex Franciæ Regnò sub pæna capitis egredi iussi, vt prædictum est.

Post aliquot verò dies idem significatum est Rectori, & alijs sex carceratis; qui omnes singulari Dei ope, ad Collegium Mussipontanum superatis hyemis difficultatibus, & varijs peri-

culis

culis incolumes eadem die xx. Ianuarij peruenerunt.

Iniustum ac euidenter iniquum fuisse decretum, quo Reuerendi Patres Iesuitæ è Francia Regno pulsi sunt. Cap. XI.


EMO dubitat magnum esse malum seditione perturbare Rempublicam, & eam contra legitimum Principem cõcitare, cum inde pax & concordia, quibus sublatis dissensio inter ciues succedit, auferantur, ac mox ciuilia bella, captiuitates, expoliationes, trucidationes, & similia mala subsequãtur. [*Doctores in l. 1. & 2. C. de seditiosis. Conradus Brunus lib. 3. de seditiosis. cap. 1.*]

Et propterea acerba pœna in hoc hominum genus iuste statuta est, nam populum perturbãtes, & ad tumultum prouocantes, vltimo supplicio afficiendos, Imperator Leo constituit, quo iure nunc vtimur; & Iulius Paulus olim adhi-

adhibita distinctione, auctores seditionum & & tumultus, pro qualitate dignitatis, aut in crucem tollendos, aut bestijs obijciendos, aut in insulam deportãdos censuit. Cuius sententiam Iurisconsultus etiam secutus est. [*Leo in l. 2. C. de seditiosis. Iulius Paulus. lib. 5. receptar. senten. tit. xxij. Iurisconsultus in l. si quis aliquid. §. auctores. ff. de pœnis.*]

Quemadmodum singulares Reipuplicæ vel Collegij alicuius homines, seditionem mouẽtes, & Rempublicã perturbantes, merito supplicio afficiuntur, vt proxime dictum est, ita communitates, vniuersitates, & collegia quædam idem facinus perpetrantia, condigna pœna tenẽtur. Cæterum in ea re diligens est adhibenda cautio, & inuestigatio, & criminis probatio, ne contingat innocentes, simul cum nocentibus condemnari. [*Bartolus in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis. Boerius tract. de seditio. quæst. 7. Conradus Brunus lib. 5. de seditio. cap. 9. & 12.*]

Nam quanquam magna sit inter Doctores controuersia, an multitudo vel vniuersitas, quæ committendo delinquit, puniri possit, & Cynus multorum sententias referat, & Bartolus more suo, multas distinctiones in medium proponat, denique in hac conclusione Doctores cõuenire videtur, vt multitudine seditiosa delin-

per omnes Christi oues: quo iure vsque adeo quidē omnes homines habet subiectos, vt nec consuetudine, nec priuilegio, nec præscriptione quacumque vel tempore immemorabili, volentibus etiā ipsis Christi Vicarijs, induci possit, vt ab eius iurisdictione eximantur, aut liberentur. [*Augustinus de Ancona in summa de potestate Ecclesiastica, quæst. 61. artic. 2. & 3. Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Ecclesiæ, cap. 68. Panormitanus in cap. cum instantia. num. 6. vers.* Quinimmo dicit. *de censibus. Iacobatius tract. de concilio lib. 7. artic. 5. circa medium. Imola in cap. 1. de constit. & in cap. quanto. de consuetud.*]

Vnde quamquam gratis istius Parlamenti hominibus concederemus, Regem esse, aut Regem Franciæ aliquando fuisse Borbonium, non inde mox consequeretur, non potuisse illum excommunicari à Sixto V. alioùe Romano Pontifice; aut tamdiu vere excommunicatum non existere, quamdiu ab eodem Pontifice excommunicante, vel eius successore non fuerit absolutus.

Quæ sententia cum de crimine hæresis agitur, verissima est, tunc enim nemo catholicus etiam de schola Francorum, ausus est asserere, Reges in causa hæresis a Pontificum Romanorum potestate, aut iurisdictione exemptos. Cogente

gente enim veritate hanc sententiam sacris canonibus per omnia consentientem, Canonistæ, Iurisperiti, & Theologi amplexi sunt, & Galli quoque scriptores laudant. [*Cap. excommunicamus. el primo. & cap. absolutos. de hæret. Antonius de Rosellis tract. de potest. Papæ, & Imperatoris in responsione ad nonam rationem. folio mihi x. Ioannes Igneus in disputatione, An Rex Franciæ recognoscat Imperatorem. num. 99. Matthæus de Afflictis, quamuis loquatur in feudis. tit. quibus modis amittat. §. Item si quis feudū. nu. 83. Albertinus in repetitione cap. 1. de hæret. lib. 6. quæst. 15. num. 36. Alphonsus Castrus. lib. 2. cap. 7. de iusta hæret. punit. Simancas de cathol. institutionib. tit. 9. nu. 259. Ioannes Lopez tract. de Regno Nauarræ, parte. 5. §. 7. Gregorius Lopez partita. 2. tit. 15. l. 2. Augustinus de Ancona in summa de potestate Ecclesiastica. quæst. 46. art. 2. & 3.*]

Postremò posset quispiam alia ratione defendere Parlamenti censuram, ex illa communi & recepta sentētia Canonistarum asserentiū hæreticos in damnatas hæreses incidentes & pœnitentes, ab Episcopis locorum absolui posse, etiam à censuris contra illos latis per sententias, & processus, qui olim contra hæreticos, & illorum fautores ter in anno à Romanis Pontificibus pronunciabantur: cum enim Pontifices nominatim sibi eam absolutionem non reser-

rent, Episcopis censebatur concessa absoluendi facultas. [*Archid. in cap. vt officium. in princip. in verbo* Impendatis. *de hæreticis. lib. 6. quem sequuntur ibidem Ioannes And. in cap. excommunicamus. il primo. nu. 29. de hæret. glos. in cap. 2. in verbo.* Non sicut. 24. *quæst.* 1.]

Vnde licet concederetur, Borbonium excõmunicari, & ab Ecclesiæ corpore sequestrari potuisse, potuit ille ab Episcopis Regni Franciæ absolui absq; speciali Papæ mandato, præsertim in casu necessitatis; & consequenter nõ erat verum quod Castellus asseruerat, non esse illum in Ecclesia ante Papæ approbationem, & absolutionem.

Non defuerunt superiori anno, qui eam absolutionem scripto edito legitimam fuisse ostẽdere sint conati, quorum errorem nos peculiari libro confutantes, demõstrauimus nullam Episcopos Franciæ iurisdictionem habuisse ad illum absoluendum, & Ecclesiæ gremio restituẽdum; ex eo libro cõpiose percipiet lector, quã sit ista absurda sacrilegaq; sententia.

Nunc breuiter dixisse sufficiat, eam absolutionem nullo pacto potuisse, aut posse suffragari Borbonio, primo, quia ab excommunicatione lata in processu Bullæ in cœna Domini, qui singulis annis nunc fieri & pronunciari feria v.

maioris

maioris hebdomadæ contra quoscunque hæreticos,& illorum fautores à summis Pontificibus consueuit,non possunt absoluere Episcopi; quoniam Papa non obstantibus quorumcumque Conciliorum decretis, eam absolutionem sibi nominatim & expresse reseruauit, quam olim, vt antiqui Canonistæ affirmant, non reseruabat. [*Cap. 20. §. cæterum. processus Bullæ in Cœna Domini*.]


Præterea contra Borbonium extat specialis constitutio fel.record. Sixti V. per quam quoque ita ille remansit inhabilis, excõmunicatus & omni legitimo iure,& iuris priuilegio priuatus, vt ab alio, quàm a Romano Põtifice benedici, absolui, habilitari, reintegrari,vel restitui minime possit. [*Constitutio Sixti V. edita cõtra Borbonium anno 1585. in qua declaratur hæreticus, relapsus, impœnitens, hæreticorum Dux, fautor, & defensor manifestus, publicus & notorius, & læsæ maiestatis diuinæ reus, & orthodoxæ fidei christianæ hostis*.]

Quæ cum ita se habeant, nec Borbonius eiusue fautores ostendant illũ a Romano Pontifice absolutum, reuera non est ille in Ecclesia, quemadmodum sunt alij fideles nobiscum cõmunicantes: & propterea Castelli propositio vera est & catholica, Parlamenti autem censura erronea, schismatica, scandalosa,& vere

Romanæ

Romanæ Ecclesiæ iniuriosa, & Romani Pontificis auctoritati detractiua.

Series decreti Parlamentalis, quo Reuerendi Patres Societatis Iesu è toto Regno Franciæ abire iussi sunt: & breuis enarratio totius rei gestæ. Cap. X.



VRSVS Parlamentum, vt ex Arresto ipso Gallice Parisijs impresso constat, cum Castellum damnasset, & duas supra explicatas illius propositiones hæreticas declarasset, iracundiæ suæ aculeos contra Iesuitas conuertit, atq; in hæc verba contra vniuersam illam sanctam, & Ecclesiæ catholicæ vtilissimam societatem infremuit: *Mandat*, scilicet Parlamentum, *vt presbyteri & scholares Collegij Claramontensis, & omnes alij de dicta prætensa societate, tanquam corruptores iuuentutis, & perturbatores quietis publicæ, & inimici Regis & status, post tres dies a tempore intimationis præsentis*

tis Arresti computandos, a Lutetia, & ab omnibus alijs vrbibus & oppidis seu locis, vbi habent sua collegia, recedant; & deinde infra xv. dies exibunt extra Regnum, sub pœna quod si elapso dicto tempore in eo reperti fuerint commorari, tãquam criminosi, & culpabiles criminis læsæ maiestatis punientur. Bona verò eorum tam mobilia, quàm immobilia applicabuntur & assignabuntur pijs operibus, sicut Parlamentum duxerit ordinandum.

Præterea omnibus Regis subditis inhibetur sub eadẽ pœna criminis læsæ maiestatis, ne mittant scholares ad collegia prædictæ societatis, etiam quæ sunt extra Regnum Franciæ.

Ac tale profecto est Parlamenti decretum; cuius iustitiam & pietatem, vt facilius agnoscamus, quomodo sese res habuerit, breuiter est indicandum.

Anno superiori 1594. in ipso die Sancti Ioannis Euangelistæ 27. Decembris, Ioannes Castellus Parisiensis adolescens annorum circiter xx. Henricum Borbonium eodem die ex Picardia reuersum, hora septima post meridie, gladio interficere est conatus: qui cum gut-

tur transfigere vellet, in quod gladium direxerat, & Henricus expuendi gratia, caput paulũ inclinasset, factum fuit propterea vt labium superius dextrum disciderit, dentemque solum fregerit. Mox captus, ac diligentissime inquisitus primo blanditijs, deinde minis, ac factis effracto scilicet minimo digito manus, atque apposito ad guttur pugione, de auctoribus & conscijs eius facti interrogatus, semper constãtissime respõdit, se id consilij cum nemine omnino cõmunicasse, ne ab incœpto auocaretur, id vero suscepisse, vt Borbonium tanquam tyrannum, & hypocritam, & Religionis Catholicæ euersorem è medio tolleret. Duabus circiter horis postea missi sunt tres consiliarij cum armatis militibus in Collegiũ societatis Iesu, (vbi adolescens dixerat se Philosophię cursum jam septem exactis mensibus audiuisse, tunc enim operam dabat iurisprudentiæ) qui primo aditu claues Ianitori detraxerunt, & vocato Patre Alexandro Georgio Rectore collegij, quæsierunt, quot è Iesuitis ibi habitarent; quo peracto Patrem Clementem Puteanum cũ ceteris Patribus, & Fratribus in ædes vicini Consiliarij deduxerunt relicto in Collegio præsidio militum, & solo Rectore cum quibusdam ęgrotis, & conuictoribus omnibus, ne quid mali in-

terim

terim accideret.

Eadem nocte, quam omnes Iesuitæ duxerunt insomnem, vocatus est à primo Præside Parlamenti Pater Ioãnes Gueretius adolescẽtis, (vt ipse indicauerat) in Philosophia Magister, atque diligenter & sæpius interrogatus, an eius facti conscius esset; quod cum ipse verissime negaret, adductus adolescens veritatem confirmauit, se videlicet illud neque illi, neque vlli alij communicasse; plurimum tamen dolere, quód videret Patres societatis propterea in periculum adductos. Neque vero aliquid vnquam in eorum scholis audiuisse, ex quo ad id faciendum permotus esset; idque semper cõstantissime ad vltimum vsque spiritum affirmauit, tum sæpius à Iudicibus, de conscijs, siqui essent, interrogatus, & eos indicare iussus à Patre honesto mercatore, qui propterea cum omnibus consanguineis in carcerẽ coniectus fuerat, tum in tortura ordinaria & extraordinariã, & in grauissimis tormentis, quæ pertulit, videlicet amputata manu dextra; adhibitis forcipibus candentibus ad brachia & crura; & dum corpus in quattuor partes à quattuor equis discerperetur, eadem constantia in concepta sententia permansit.

Die sanctorum Innocentium mane Pate

Prouin-

Prouincialis, & alij in Collegio reducti, impedientibus militibus, ne amici ad Collegium accederent, neuè egredi liceret ad consulendum rebus vrgentibus; tempore prandij plerique iuniores aduocati, & alij à primo Præside in Collegiũ missi, cubicula perquisierunt, libros, & chartas omnes curiosissime inspexerunt, & scripta aliqua secum asportarunt. Sub vesperam alios duos in carcerem coniecerunt, & sequentibus diebus alios cum Patres, tum Fratres omnino octo, inter quos & ipse Pater Rector, in obscurissima carcerum loca ijs, qui de vita periclitantur, destinata, separatim retrusi.

Die 29. Decembris, quo Castellus adolescẽs supplicio affectus est, Pater Gueretius præsentibus omnibus iudicibus seuerissime examinatus, si forte vlla esset occasio illum condemnandi, vna cum discipulo, ita satisfecit, vt in carcerem reductus, non nisi post decem dies torturam perferre iussus est, quam Dei ope iudicibus obstupescentibus, patientissime tolerauit, tandem tanquam innocens cum alijs liberatus est. Interim aliquot Iudices in Collegium missi, maiores conuictores examinarunt, rogaruntque, an aliquid à Patribus carceratis audiuissent, quo eos damnare possent; sed per Dei gratiam nihil compertum.

Cæte-

Ceterum Pater Ioannes Guignardus Theologiæ professor, natione Gallus, laqueo vitam finire iussus est, ob inuentum inter eius scripta libellũ de facto fratris Clementis Dominicani, & rationibus propter quas tyranni interdum tolli possunt. Qui mortem constantissime ferens se, & societatem vere innocẽtem esse in ipsis supplicij scalis affirmauit, & magno exemplo catholicis omnibus fuit. Idemque cum more Gallicò iuberetur emendam honorabilem facere, qua damnatus petit veniam à Deo, à Rege, & à Iustitia, respondit, se veniam à Deo, quem sæpe offenderat, humiliter petere, sed non à Rege, quem non offenderat; neque petere à Iudicibus sibi ignosci, sed se ipsis ignoscere.

Die sequenti 8. Ianuarij Pater Prouincialis cum Patribus, & fratribus omnibus, qui tum in Collegio erant, tum in domo professa (vbi eadem seueritate Iesuitæ habiti sunt a militibus præsidiarijs & ab alijs) ex vrbe Parisiensi, expulsi sunt, & infra xv. dies ex Franciæ Regnò sub pæna capitis egredi iussi, vt prædictum est.

Post aliquot verò dies idem significatum est Rectori, & alijs sex carceratis; qui omnes singulari Dei ope, ad Collegium Mussipontanum superatis hyemis difficultatibus, & varijs periculis

culis incolumes eadem die xx. Ianuarij peruenerunt.

Iniustum ac euidenter iniquum fuisse decretum, quo Reuerendi Patres Iesuitæ è Francia Regno pulsi sunt. Cap. XI.


EMO dubitat magnum esse malum seditione perturbare Rempublicam, & eam contra legitimum Principem cōcitare, cum inde pax & concordia, quibus sublatis dissensio inter ciues succedit, auferantur, ac mox ciuilia bella, captiuitates, expoliationes, trucidationes, & similia mala subsequātur. [*Doctores in l.* 1. *&* 2. *C. de seditiosis. Conradus Brunus lib.* 3. *de seditiosis. cap.* 1.]

Et propterea acerba pœna in hoc hominum genus iuste statuta est, nam populum perturbātes, & ad tumultum prouocantes, vltimo supplicio afficiendos, Imperator Leo constituit, quo iure nunc vtimur; & Iulius Paulus olim adhi-

adhibita distinctione, auctores seditionum & & tumultus, pro qualitate dignitatis, aut in crucem tollendos, aut bestijs obijciendos, aut in insulam deportãdos censuit. Cuius sententiam Iurisconsultus etiam secutus est. [*Leo in l. 2. C. de seditiosis. Iulius Paulus. lib. 5. receptar. senten. tit. xxij. Iurisconsultus in l. si quis aliquid. §. auctores. ff. de pœnis.*]

Quemadmodum singulares Reipuplicæ vel Collegij alicuius homines, seditionem mouẽtes, & Rempublicã perturbantes, merito supplicio afficiuntur, vt proxime dictum est, ita communitates, vniuersitates, & collegia quædam idem facinus perpetrantia, condigna pœna tenẽtur. Cæterum in ea re diligens est adhibenda cautio, & inuestigatio, & criminis probatio, ne contingat innocentes, simul cum nocentibus condemnari. [*Bartolus in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis. Boerius tract. de seditio. quæst. 7. Conradus Brunus lib. 5. de seditio. cap. 9. & 12.*]

Nam quanquam magna sit inter Doctores controuersia, an multitudo vel vniuersitas, quæ committendo delinquit, puniri possit, & Cynus multorum sententias referat, & Bartolus more suo, multas distinctiones in medium proponat, denique in hac conclusione Doctores cõuenire vidẽtur, vt multitudine seditiosa delin-

quente, non vniuerſi & innocentes, ſed perpetrantes delictum, & nocentes ſolum puniantur. Quæ locum habet etiam ſi leuato vexillo, & campana pulſata, id malum feciſſe dicantur: nam ſi omnium conſilium, & deliberatio non præceſſit, auctores tantum ſiue incitatores ſeditionis & perturbationis, rei habebuntur, & ſinguli, non vniuerſi ſacrilegium perpetraſſe dicentur, & illi ſolum merita pœna plectentur. [*Cynus in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Bartolus in dicta l. aut facta. §. nonnumquam. ff. de pœnis. Boerius tractatu de ſeditioſis. quæſtione 7. num. 8. Salicetus in l. 1. quæſtione 3. C. de ſeditioſis. Antonius de Butrio, Ioannes de Anania, Abbas, & Felinus in cap. dilectus. de ſimonia.*]

Omnes vero nemine excepto, plenam delicti probationem requirunt, vel per euidentiam facti, vel per propriam confeſſionem, aut alias legitimas & concludentes rationes: & niſi adeo notorium & manifeſtū ſeditionis, aut perturbati Reipublicæ ſtatus crimen ſit, vt nulla poſſit excuſatione defendi, (tunc enim Innocentius, quem reliqui ſecuti ſunt, & latiſſime defendit Hippolytus, non requiri plenarium iudicium in procedendo, & cauſa iudicanda, cenſuit) nec debent, neque omitti poſſunt legitimi actus iudiciales & ſolemnitates, quas iu-

ſtum & rectcm iudicium requirit, vt cauſa contra delinquentes iure terminetur. Itaque & accuſatio & inquiſitio ſeu denunciatio, & probationes fieri debent, & quod eſt omnium præcipuum & maximum in iudicijs, poſt citationes & petitiones, & probationes contra reos factas, exceptiones admittendæ ſunt, & defenſiones omnino cōcedendæ, quas omnia iura diuina, humanaq. cōcedũt. [*Innocētius in cap.* 1. *de conſtitut. Marſilius in l. vnus.* §. *cogniturum. ff. de quæſt. idem Hippolytus cōſil.* 43. *incip.* Magnifice. *Aretinus cōſil.* 163. *incip.* Sicut Ioānes dicit. *Clem. paſtoralis, de re iudic. Cōradus Brunus lib.* 5. *de ſeditioſis. cap.* 12.]

In hoc Parlamēti decreto nullum delictum Patrum Ieſuitarum fuiſſe probatum, res ipſa indicat, cum facta diligenti perquiſitione, & Patribus in carcerem coniectis, atque ſeueriſſime interrogatis, nihil detectum fuerit, nihil inuentum, ex quo ſeditioſi, aut Regni ſtatus perturbatores deprehendi potuerint.

Sed quod maius innocentiæ indicium, aut inculpatæ vitæ ſignum inueniri potuit, quam quod Parlamentum facto ipſo exhibuit, cum poſt ſeueriſſime tortum Caſtelli adoleſcentis præceptorem Gueretium, & cæteros Patres acri examine interrogatos, eos è carcere liberarit? quos tamen ſi vel in minimo culpabiles

reperijſſent, non minus ſupplicio affeciſſent, quam Patrum Guignardum, quem laqueo vitam finire iuſſerunt ob inuentum ſolum inter eius ſcripta libellum de facto fratris Clementis Dominicani, vt ſuperiori capite oſtenſum eſt.

Poſtremò illud luce clarius oſtendit decreti iniquitatem, nam cum à die inſtituti iudicij contra Patres ſocietatis Ieſu, vſque ad condemnationem, per quam exilium decretum eſt ab vniuerſo Regno Franciæ, vix tres dies elapſi fuerint: (Caſtellus enim adoleſcens, qui exilio cauſam dedit, die xxvij. Decembris Borbonium occidere eſt conatus, & die xxix. eiuſdem ille vltimo ſupplicio affectus eſt, & Patres in exilium acti.) in hac temporis breuitate, cum non licuerit legitimas probationes facere, nec defenſiones neceſſarias admittere, concludenter probatur iudicem iniquiſſime iudicaſſe. [*Cap. præterea. vbi notatur de ætate & qualit. Bald. in l. Gracchus. C. de adulter.*]

Neque iniuſtitiam decreti purgat natura cauſæ, quaſi non requireret ordinem iudiciarium, ex eo quod ageretur de crimine læſæ maieſtatis, in quo proceditur ſummarie, ſimpliciter, & de plano: iſta enim non efficiunt quin iudicij ſubſtantialia obſeruari debeant,

nec

nec propterea fit iudicāti facultas repēte reum condemnandi, ita vt defensiones legitimas ei concedere non teneatur, hæc enim non tam à lege positiua, quàm à naturali iure inducta sunt. [*L. vt vim. ff. de iustitia & iure. facit clement. Pastoralis. de re iudicata. cap. Deus. 2. quæst. 1. l. non tantum. ff. de appell.*]

Patres societatis Iesu non esse iuuentutis corruptores, sed integros, & incorruptos bonorum morum magistros, & doctrinæ Christianæ veraces & assiduos Doctores.

Cap. XII.

DECRETVM Parlamentale tria crimina obijcit Iesuitis, vt propterea iure de Regno expelli debuerint. Primum, quia sunt iuuentutis corruptores. Alterum, quia sunt publicæ pacis perturbatores. Tertium, quia sunt inimici Regis & status. De singulis breuiter est dicendum.

Et quantum ad primum caput attinet, notum esse puto hanc saluberrimam, & vniuersæ catholicæ Ecclesiæ vtilissimam Religionem ante sexaginta annos ab Ignatio Loiola Nauarro, viro profundæ humilitatis & pietatis, ope diuina institutam, primum per fel. record. Paulum Papam III. anno 1540. & per eundem postmodum anno 1543. ac rursus per Iulium III. illius successorem anno 1550. confirmatam fuisse, vt interim omittantur, diuersæ litteræ Apostolicæ, quibus ei varia priuilegia conceduntur, vt insignem propterea Parlamentum Sedi Apostolicæ iniuriam irrigarit, quod ea inconsulta, cuius est Religiones instituere, & institutas reformare aut destituere, aut corrigere & emēdare, tam graui nota eam contra omne fas, & iustitiam præcipitanter inuserit. Sed iniquum illius præiudicium nusquam potetit apud viros bonos huius Religionis famam lædere, aut minuere existimationem: cum omnes Catholici toto orbe diffusi probe cognoscant, hanc Religionem esse nunc in Ecclesia Dei tanquam murum, quo eius hostes in eam irruere prohibentur: illius alumnos esse vigiles custodes, arcentes vulpeculas, id est, hæreticos, ne vineam Domini demoliantur: esse tanquam sidera lucentia in perpe-

tuas

tuas æternitates, quoniam arcana Dei, & doctrinam eius catholicam & Christianam, sic orbem docuerint & doceant; vt in prouincijs, quibus verbum Dei annunciauerunt,& annunciant, errorum tenebras depulerint,mores correxerint, viam cœlestem aperuerint, æternitatis aditum credentibus patefecerint; & denique instar Ezechię Pij Regis Israelis tum in India Orientali, Iappone, & alijs longe lateque remotis orbis partibus, quas in Christo pie instituendas susceperunt, excelsa dissipauerint, dæmonum statuas contriuerint, lucos succiderint, & in eorum locum Crucis vexilla intulerint, constituerint,& solum verum Deum, & Iesum Christum filium eius adorandum demonstrauerint.

Sed tum ex qualitate moribusq. Iesuitarum, tum ex actionibus institutoq. illorum, quam sit iniquum Parlamenti iudicium, luce clarius patefiet.

Quia finis societatis est, non solum perfectioni propriarum animarum cum diuina gratia vacare; sed cum eadem impense in salutem & perfectionem proximorum incumbere: Ideo in eam, non nisi (quoad eius fieri potest) integri & bene probati admittuntur: ac nominatim ingressu prohibentur, omnes qui à gremio

ſanctæ Romanæ Eccleſiæ receſſiſſe deprehenduntur, fidem abnegando, vel in errores contra ipſam incurrendo, vel ſuſpicionem hæreſis contrahendo, item infames ob excommunicationem, ſchiſmatici, homicidæ, & ob alia flagitia infames : iſtos enim tantæ Religionis fundator, non iudicauit idoneos ad bene & fideliter euangelizandũ, & in agro Domini verbum diuinum ſeminandum. [*Conſtitut. ſocietatis Ieſu in generali examine. cap.* 1. §. 1. *&* 2. *& cap.* 2. §. 1. *& multis ſeqq. & in conſtitutionib. par.* 1. *cap.* 3. §. 3. *& ſequen.*]

Quod attinet ad iuuenes,& ſcholares,quos in ſuis collegijs & vniuerſitatibus inſtituendos ſuſcipiunt, mirum eſt, quanto ſtudio ardoreque charitatis accenſus curauerit fundator, vt ſimul cum litteris humanioribus, virtutes omnes, in primis autem pietatem, & Chriſtianam doctrinã imbiberent,cum nõ vno loco præceperit, vt in Societatis ſcholis teneretur is modus, quo externi ſcholaſtici in ijs, quæ ad doctrinam Chriſtianam pertinent, bene inſtituerentur, curareturque quo ad eius fieri poſſet, vt ſingulis menſibus ad ſacramentum confeſſionis accederent, verbum Dei frequenter audirent, aliquot diebus in ſingulis hebdomadibus doctrina Chriſtiana, ac modus bene & cũ

fructu confitendi, communicandi, Missam audiendi, & in eadem ministrandi, orandi, & meditandi, explicarentur, vt demum cum literis mores etiam Christianis dignos haurirent. [*Parte 3. constit. cap. 1. §. 20. & parte 4. cap. 7. §. 1. &. 2. & cap. 16. & alibi. sæpe.*]

Non possum me cõtinere quin integrum & egregiũ ac pietatis plenum de hac ipsa re constitutionis decretum apponam, quod his verbis scriptum est.

§. 1.

Diligenter curetur, vt qui literas discendi gratia ad vniuersitates societatis se conferunt, simul cum illis bonos ac Christianis dignos mores addiscant: ad quod multum iuuerit, si omnes singulis saltem mensibus semel ad confessionis sacramentum accedent: si Missam quotidie, concionem singulis diebus festis (cum ea fiet) audient. Ex præceptoribus autem quisq; hoc à suis discipulis præstari curabit.

§. 2.

Prælegatur etiam in Collegio, aliquo die cuiuscunque hebdomadæ Christiana doctrina; & vt pueri eam ediscant, & recitent, omnesque etiam adultiores, si fieri potest, eadem sciant, curabitur.


§. 3.

Habebitur etiam singulis hebdomadis (vt de Collegijs est dictum) ab aliquo ex scolasticis declamatio de rebus, quæ audientibus ædificationi sint, eosque ad argumentum in omni puritate ac virtute expetendum inuitent; vt non solum stylus exerceatur, sed mores meliores reddantur. omnes autem eos, qui latine sciunt, huiusmodi declamationi interesse oportebit.

§. 4.

In scholis nec iuramenta, nec iniuriæ verbo,

vel facto illata, nec inhonestum, aut dissolutum quid in externis ad scolas accedentibus permittatur. Feratur autem Præceptorum peculiaris intentio, tam in lectionibus, cum se occasio obtulerit, quam extra eas ad eosdem, ad obsequium & amorem Dei ac virtutum, quibus ei placere oportet, monendos; & vt omnia sua studia ad hunc finem referant. Quod vt ad memoriam eis reducatur, ante lectionis initium dicat aliquis breuem orationẽ ad id institutam, quam præceptor & discipuli omnes aperto capite attente audient.



§. 5.

Propter eos, qui tam in diligentia suis studiijs adhibenda, quam in his, quæ ad bonos mores pertinent, peccauerint; & cum quibus sola verba bona, & exhortationes non sufficiunt, Corrector (qui de societate non sit) constituatur, qui pueros in timore contineat, & eos, quibus id opus erit, quique castigationis huiusmodi erunt capaces, castiget. Cum autem nec verba, nec corre-

ctoris officium satis esset, & in aliquo emendatio non speraretur, alijsque esse offendiculo videretur; præstat à scholis eum remouere, quam vbi parum ipse proficit, & alijs nocet, retinere: Hoc autem iudicium Rectori vniuersitatis, vt omnia ad gloriam & seruitium Dei, vt par est, procedant, relinquetur. Hæc ibi. [*Parte 4. constitutionum societatis. cap. 16.*]

Iam quia lectio librorum vehementer solet formare iuuenũ animos, & eos vel in vitia, vel in virtutes impellere, nullus est enim magister, qui bonos malosue mores efficacius ꝑsuadeat, quam assidua quædam & tacita librorũ lectio, propterea ne qua contagione Iuuenum ingenia mentesque macularentur, idem ille fundator de hac re in hæc verba constituit:

Generatim illi prælegentur libri, qui in quauis facultate solidioris ac securioris doctrinæ habebuntur. Nec illi sunt attingendi, quorum doctrina, vel auctores suspecti sint.

§. 2.

Quod attinet ad libros humanarum literarũ Latinos, vel Græcos, abstineatur in Vniuersi-

tatibus quoque quemadmodum in collegijs quo ad eius fieri poterit, ab eis iuuentuti prælegendis, in quibus sit aliquid quod bonis moribus nocere queat; nisi prius à rebus & verbis inhonestis purgati sint. [*Parte.* 4. *constit. cap.* 14. §. 1. & 2.]

Hæc & plura his similia vbique docent sacræ societatis cõstitutiones, omni ex parte pietatem redolentes, vt Iuuenum animi ad sanctitatem formẽtur, & in viros pios vereque Catholicos euadant, vt propterea iniustissimum fuerint Parlamenti iudicium decernentis ex vniuerso Franciæ Regno expellẽdos Patres Iesuitas tanquam corruptores iuuentutis: quos re vera non eo nomine quod corruptores iuuentutis essent, exilio multauit, sed quoniã timuit, ne Caluini doctrina, quam cum prætenso Rege suo maior Parlamenti pars amplectitur, Christi Euangelio, quod Patres annũciant, doctrinæque Christianæ, quam potissimum adolescentes docent, cedere cogeretur, hoc enim est iudicio illorum corrumpere iuuentutem, dare scilicet operam, ne candidæ puræque adolescentium mentes, hæresum fœditate, & Caluinismi impietate, quæ longo interuallo omnes omniũ hęreticorum perfidiam superat, polluantur.

Iesuitas non esse pacis & tranquillitatis publicæ perturbatores. *Cap.* XIII.



ATHOLICAM Religionem defendere, vocat Parlamentũ pacem publicam perturbare, & Orthodoxę fidei defensores, cõtra veritatẽ esse asserit publicæ tranquillitatis perturbatores.

Hoc ita esse apertissime constat ex illa controuersia, quam superiori anno 1594. quidam Antonius Arnaldus in Parlamento aduocatus Gallice scripsit, & contra Iesuitas, multis horrendisque blasphemijs refertam publicauit, in qua primo sanctissimum illorum carpit institutum.

Ex fundatore Ignatio Hispano odium contra illos excitare nititur, ex quo fundamento omnes pariter vnius nationis Sãctos, alteri nationi suspectos reddere facile liceret.

Propensionem eorum in Regem catholicum Philippum, quia catholicus & Religionis defensor est, suspectam arguit.

Quod vitia carpant, & periculosas & nouas doctrinas euitandas iuuenes doceant, corru-

ptores iuuentutis vocat.

Multa quorundam iudicia inculcat contra nascentem olim societatem, quasi Dæmone instigante, non omnes Religiones eadem sint passæ impedimenta antequam à sede Apostolica comprobarentur.

Multa eos à catholico Rege beneficia accepisse docet, vt vniuerso Regno Franciæ suspectos reddat, vniuersitatem studiorum Parisiensem, eos prope deleuisse conatur ostendere, vt concludat, status Regni perturbationem ex eorum actionibus oriri. Sed diligenter inspectis omnibus, & matura deliberatione discussis, prudens lector ex eodem scripto colliget, propterea Iesuitas isto perturbatorũ publicæ quietis nomine vrgeri, quod omnes actiones suas ad pietatem, ad extirpandas hæreses, aut procurandum & obsistendum ne latis serpant, constantissime referant.

Huc enim spectare huius Religionis studia vterque Gregorius, qui eam comprobauit, cõfirmauitque, luculenter ostendit.

Primum Gregorius. XIII. ita ait: Priuilegia *non immerito ab eis* [Romanis scilicet Pontificibus] *sunt concessa, ob egregias virtutes, & dona societati antedictæ diuinitus*

elargita,

elargita, cuius præcipuus finis catholicæ est Religionis defensio ac propagatio, animarumque in Christiana vita & doctrina profectus. gratiæ quoque eius vocationis est proprium, diuersa orbis terrarũ loca ex Romani Pontificis, seu Præpositi generalis eiusdem Societatis directione peragrare, vitamq. in quauis mundi parte agere, vbi saluandarum sua opera animarum copiosior prouentus ad Dei gloriam speretur. Ad quem finem Spiritus sanctus bo. mem. Ignatij Loyolæ societctis ipsius institutoris, eiusque sociorum excitator, media quoque prædicationum, ac cuiuscumque ministerij verbi Dei, doctrinæq. Christianæ, & spiritualium exercitiorum, aliorum item charitatis operum, & Sacramentorũ administrationis, ac præcipue pœnitentiæ, & Eucharistiæ, horumq. frequentioris vsus accommodauit. Ad quæ sufficienter & pro dignitate præstanda, difficultates superandas, periculaq. adeunda, quibus dictæ Societatis religiosi in huiusmodi discursionibus, & ministerijs exponuntur, necesse est, vt ipsi talia obituri, maguo virtutis & deuotionis præsidio muniantur, quod il-

lis gratia in primis Omnipotentis Dei, ſimulq. educatio ipſa, longa item in Societate probatio, necnon regularum, & conſtitutionum obſeruantia præſtare noſcũtur. Hæc ibi. [*Gregorius XIII. conſtitutione incipien.* Aſcendente Domino.]

Alter Gregorius nempe XIIII. non minus illuſtre de eadem ſocietate reddidit teſtimoniũ, cõſtitutione quadam incipien. *Eccleſiæ Catholicæ.* qua ſocietatis inſtitutum, & rationem gubernandi confirmauit. Vbi præ ceteris ait, hanc religionem nouiſſimis hiſce diebns à diuina fuiſſe prouidentia excitatam.

Hoc ergo vehementer diſplicebat hominibus Caluinianæ hæreſeos veneno infectis, tolerare ſcilicet in Regno Franciæ eam religionem, per quam in primis idem Regnum è ſeruitute Caluini, in libertatẽ CHRISTI poſſet DEO adiuuante vindicari.

Iesuitas non esse Regis *aut status inimicos, vt* Parlamentũ *asseruit.* *Cap.* XIV.



ISDEM rationibus nititur hæc assertio, quibus duæ alię superiores, quarum confutationi hæc præterea addimus, Iesuitas nullius Regis Franciæ nunc esse inimicos, cum nullum legitimum Regem habeat: nam Borbonius qui se mendaciter Regem facit, tyrannus est, & Ecclesiæ hostis: si quem Regis titulum iure sanguinis prætendere poterat, illum legitimo iure perdidit: vt late demonstratum est, libello quodam particulari, qui ante multos dies videbit lucem.

Status Regni non sunt inimici, quod in auita maiorum religione, hoc est, catholica, & Apostolica Romana tueri, ac conseruare curarunt.

Sed quo ruitis miseri? si docentes vos filiosque vestros Christi Euãgelium, vocatis inimicos, & è patrijs sedibus pellitis, post egressum illorum, instar infamium vrbium, quæ egrediente Loth, igne de Cœlo misso conflagrarunt,

grarunt, expectate incendium, & iram Dei ſuper vos venturam; ſi populum Dei, & oues paſcuas eius perſequimini, poſtquã à vobis euaſerint, Pharaonis, & Aegyptiorum inſtar, expectate fluctus maris, qui vobis imminent, hoc eſt, calamitoſas vrbium direptiones, infelices veſtrorum interitus, inteſtina bella ciuilia, & diſſenſiones, fructus ſcilicet Euangelij Caluiniani, miſeriarumque omnium procellas & tempeſtates, quibus miſerrime obruamini: nam ſi boni ſunt vobis inuiſi, neceſſe eſt, vt cum peruerſis & malis infeliciter pereatis.

FINIS.

